omnes quorum nomina tacuit, ſub communibus ſignis comprehenduntur. Et ne longe abeas, quae primum ab eo depicta eſt mortiſera, ut vocant, facies in omni morbo acuto recte dicitur perniciosa eſſe. Aeque vero et omnia quae ſcripta ſunt de jacentium habitu, de reſpiratione, de ſomno, de vigilia et aliis, quae paſſim omnibus in morbis accidunt, qui antedictis temporibus judicantur. Neque enim de longis morbis ſcriptus ab eo liber eſt, ſed quemadmodum ipſe dixit, acutis et qui ab his prodeunt. Quorum ſpatia ipſe quoque explicavit, nonnullis quidem extremum diem vigeſimum, aliis vero quadrageſimum aut ſexageſimum praeſcribens.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Α.

Ed. Chart. XII. [151. 152.] Ed. Baf. V. (524.)

[151] (524) Προοίμιον. Πρὸ τῆς τῶν κατὰ μέρος ἐξηγήσεως ἄμεινον ἀκηκοέναι καθόλου περὶ πάσης ἐξηγήσεως, ὡς ἔστιν ἡ δύναμις αὐτῆς, ὅσα τῶν ἐν τοῖς συγγράμμασίν ἐστιν ἀσαφῆ, ταῦτ᾽ ἐργάσασθαι σαφῆ. τὸ δ᾽ ἀποδεῖξαί τι τῶν γεγραμμένων [152] ὡς ἀληθὲς ἢ ὡς ψεῦδος ἐλέγξαι, καὶ εἰ κατηγόρησέ τις σοφιστικῶς ἀπολογήσασθαι, κεχώρισται μὲν ἐξηγήσεως, εἴθισται δὲ γίγνεσθαι πρὸς ἁπάντων ὡς εἰπεῖν τῶν γραφόντων ὑπομνήματα. καὶ

HIPPOCRATIS DE FRACTURIS LIBER ET GALENI IN EUM COMMENTARIUS I.

Praefatio. Ante fingularium explanationem omnem univerfalium explicationem percepiffe praeftiterit, quod fit ipfius vis quaecunque in operibus obfcura funt ea dilucida reddere; quiddam autem eorum quae fcripta funt ut verum demonftrare vel ut falfum refellere, ut fi quis captiofe arguerit eum patrocinari, ab explanatione diffidet. Confuevit tamen fieri ab omnibus, ut dixi, commentarios fcribentibus. Id certe explanatorem medio-

νὴ Δία οὐδὲν κωλύει καὶ τούτου μετρίως ἅπτεσθαι τὸν ἐξηγητήν. τὸ δ' ἀγωνίζεσθαι τελέως ὑπὲρ τῶν τοῦ γράφοντος δογμάτων ἐκπέπτωκε τὸν ὅρον τῆς ἐξηγήσεως. οὐ πρὸς τοῦτον οὖν τὸν σκοπὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸν εἰρημένον ἀποβλέπων ἐγὼ προσθήσω ταῖς ὄντως ἐξηγήσεσιν ἑκάστοτε βραχέα τῆς πίστεως ἕνεκα τῶν εἰρημένων. οὔσης μέντοι καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἐξήγησιν διαφορᾶς διττῆς, ὅτι καὶ τὸ ἀσαφὲς αὐτὸ διττόν ἐστιν, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ καὶ περὶ τούτου προειπεῖν, εἰρήσεται δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα διὰ βραχέων, οἷον ἐπιτομή τις, ὧν ἰδίᾳ λέλεκται διὰ μακροτέρων ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως ὑπομνήματι. δέδεικται δὲ ἐν ἐκείνῳ τὸ μὲν ὄντως ἀσαφὲς αὐτὸ δι' ἑαυτὸ τοιοῦτον ὑπάρχον, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πρότερον τὴν γένεσιν· οὐκ ἔχον, ἐπειδὴ τῶν ἀκουόντων τοῦ λόγου διαφοραὶ πάμπολλαι τυγχάνουσιν οὖσαι κατά τε τὸ προπαιδεύεσθαι καὶ γεγυμνάσθαι περὶ λόγους ἢ παντάπασί γε ἀγυμνάστους ὑπάρχειν, εἶναί τε φύσει τοὺς μὲν ὀξεῖς τε καὶ συνετοὺς, τοὺς δὲ ἀμβλεῖς καὶ ἀσυνέτους. αὐτίκα γοῦν ἐν αὐτῷ τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ τῷ περὶ τῶν κα-

criter attingere nihil prohibet. Sed de auctoris decretis plane contendere, id explanationis terminum excedit. Quum itaque non ad hunc, ſed ad commemoratum ſcopum ego inſpiciam, ubique his veris explanationibus conciſa fidei faciendae gratia ex his quae pronunciata ſunt adjiciam. Verum quum duplex ſit hujus explanationis differentia, quodque id ipſum obſcurum duplex etiam exiſtat, de hoc quoque aliquid praefari praeſtantius eſſe mihi videtur. At quae in commentario de explanatione ſeorſum productioribus verbis enunciata ſunt, haec ipſe tamquam epitome quaedam perpaucis enunciabuntur. Illic enim monſtratum eſt aliud quidem revera obſcurum eſſe quod per ſe tale exiſtit; aliud vero quod in ſe prius ortum non habet, idque praecipue quum permultae ſint auditorum differentiae tum prout prius ſermonibus eruditi ſunt et exercitati vel omnino rudes; tum prout natura perſpicaces ſunt et prudentes vel hebetes et imprudentes. Jam primum ergo hoc in propoſito libro de fracturis im-

ταγμάτων, ἔνθα μέν φησιν ὁ Ἱπποκράτης· ῥητέον οὖν ὁκόσας ἂν ἐθέλει τῶν ἁμαρτάδων τῶν ἰητρῶν τὰς μὲν διδάξαι, τὰς δὲ ἀποδιδάξαι, τὴν ἀσάφειαν ἔχει αὐτὴ δι' ἑαυτὴν ἡ λέξις, οὐ προσδεχομένων ἡμῶν εἶναί τινας ἁμαρτίας, ἃς διδάξαι χρή, τοιοῦτόν ἐστι κἀκεῖνο· καὶ ἡ ἀνάτασις τοῦ ἄρθρου κέκλασται ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι. τὸ γὰρ ἐκτεταμένης τῆς χειρὸς σχῆμα κεκλασμένον, φησὶν, ἔχει τὸ ἄρθρον τὸ κατ' ἀγκῶνα. δοκεῖ δὲ τοῦτ' ἄτοπον εἶναι κεκλάσθαι φάναι τὸ εὐθύ. τὸ μέντοι λελεγμένον οὕτως· εἰ τοῦ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τοιουτέῳ τῷ σχήματι ἐρεῖδον, ἰθυωρίην ποιέει τοῖσιν ὀστέοισι τοῦ πήχεος καὶ τοῦ βραχίονος, ὡς ἓν εἴη τὸ πᾶν. εἰ μέντοι τις ἑώρακεν ὁποῖόν ἐστι τῶν ὀστῶν ἑκάτερον, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἐστὶν, οὐδεμίαν ἀσάφειαν ἔχει. τῷ δ' ἀγνοοῦντι τῆς κατ' ἀγκῶνα διαρθρώσεως τὴν φύσιν ἀσαφὴς εἰκότως ἡ λέξις φαίνεται. δοκεῖ δέ μοι βέλτιον εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐξηγεῖσθαι, διὰ τὸ τοὺς πλείστους τῶν ἀναγινωσκόντων τὸ βιβλίον ἀμαθεῖς ἀνατομῆς εἶναι. τὰ μέντοι μηδὲν

moremur, ubi pronunciavit Hippocrates: dicendum igitur de medicorum erroribus de manus natura, quos tum docere tum dedocere velim. Obfcuritatem habet per fe hic textus, quum minime nos probemus quosdam effe errores quos docere oporteat. Hujusmodi etiam illud eft: praeterea extenfio articuli hoc in habitu curvata eft. Extenfi namque brachii figuram curvatam, inquit, ad cubitum habet articulus; videtur autem et hoc abfurdum, id curvari dicere quod rectum eft. Item illud ab eo ita prolatum: nam fi ita collocetur imum caput humeri, quod cardinis modo in cubiti finum incumbit. Hoc in habitu humeri et cubiti offibus rectitudinem conciliat, ac fi totum unum fit. Sed fi quis infpexerit quale fit utrumque offium de quibus eft fermo, nullam habet obfcuritatem. At articulationis cubiti naturam ignoranti haec obfcura jure confpicitur oratio. Mihi autem melius effe videtur, etiam hujusmodi omnia explicare: quod qui librum hunc legunt, eorum plurimi anatomes imperiti funt. Quae vero

ἐχόντων τοιοῦτον παρέρχεσθαι προσήκει, τοσοῦτον προειπόντα περὶ αὐτῶν ἔτι τοῖς ἀναγνωσομένοις τὸ βιβλίον, ἐάν τινα λέξιν ὧν ἐξηγησάμην ἀσαφὲς ἔχειν τι νομίσῃς, ἐπισκέψαι μὲν πρῶτον εἰ μὲν τὸ βιβλίον ἡμάρτηταί σου παραβάλλων τε καὶ ἀντεξετάζων τοῖς ἀξιοπίστοις ἀντιγράφοις· εἶτ' ἂν ὀρθῶς ἔχειν φαίνηται, δεύτερόν τε καὶ τρίτον ἀνάγνωθι τὴν αὐτὴν λέξιν προσέχων ἀκριβῶς αὐτῇ τὸν νοῦν. ἐγὼ γὰρ ὅταν μὲν παρὼν παρόντι συναναγινώσκω τι βιβλίον, ἀκριβῶς στοχάζεσθαι δύναμαι τοῦ μέτρου τῆς ἐξηγήσεως, ἀποβλέπων ἑκάστοτε πρὸς τὴν τοῦ μανθάνοντος ἕξιν. ὅταν δὲ γράφω πᾶσιν, οὔτε τοῦ ἄριστα παρεσκευασμένου οὔτε τοῦ χείριστα στοχάζομαι. τὸ μὲν γὰρ τοῖς πλείστοις ἀσαφὲς ἔσται, τὸ δὲ ἀνιᾶται χρονίζοντας ἐν τοῖς σαφέσιν. ἄριστον οὖν ἡγοῦμαι τῶν μέσην ἕξιν ἐχόντων στοχάζεσθαι· τούτου δὲ ἀποτυγχάνων ἐπὶ τοὺς ἐκτικωτέρους ἐπόπτειν μᾶλλον. οὐδὲ γὰρ ὅλως [153] ὑπομνήμασιν ἐντυγχάνειν ἀξιῶ, τοὺς κατωτέρους τῆς μέσης ἕξεως, οἷς ἀγαπητόν ἐστι παρὰ δι-

nihil quidquam tale continent, ea me praetermittere confentaneum eft, tantum de his etiamnum hunc librum lecturis prolocutum, fi aliquam dictionem textuum quos explicaverim quiddam abditum habere cenfueris, infpiciendum in primis tibi effe an liber tuus erroribus fcateat cum exemplaribus fido dignis conferendus et examinandus. Tum fi recte habere videatur, eandem dictionem et fecundo et tertio legito, ipfique explorate mentem adhibe. Ego fiquidem quum praefentem cum praefenti lego librum, ad unguem explanationis modum poffum conjicere, paffim addifcentis ingenium infpiciens. At quum omnibus fcribo, neque quid maxime idoneum exigat ingenium conjicio. Nam illud plerisque obfcurum erit, hoc iniquo animo ferunt qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur cenfeo, quid ingenium mediocre poftulet conjicere. Quod ubi non fuccedit, magis ad id fpectare quod praeftantius eft. Neque enim omnino commentarios legendos puto, quibus ingenium inferius eft mediocri quibuscum

δασκάλων ἀκούσασι πολλάκις τὰ αὐτὰ κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην λέξιν ἑρμηνευόμενα συνιέναι τῶν λεγομένων.

α'.

Ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ καταγμάτων ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι.

---

(525) Ἔνιοι τῶν λόγων εἰ μὴ καὶ προὔργου τι διδάσκοιεν, ἀλλὰ μόριά γε τῆς ἐξηγήσεως εἶναι πέπεισται. τοιοῦτοί εἰσι καὶ οἱ τὰς διαφόρους ἐπισημαινόμενοι γραφὰς, ὁποῖόν τι καὶ νῦν ὑπάρχει περὶ τὴν προκειμένην λέξιν, ἐνίων μὲν γραφόντων ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν, ἐνίων δὲ χωρὶς τοῦ κατ' ἀρχὴν ε χρῆν τὸν ἰητρόν. ἔστι γὰρ ἀμέλει καὶ τοῦτο σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς, ὧν τῇ διαλέκτῳ χρῆται κατά τι καὶ ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἀποφήνασθαί τινας αὐτὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα. ἐμοὶ δὲ καθ' ἕτερον ἰδίᾳ γράμμα μικρὸν ἃ φρονῶ περὶ τῆς Ἱπποκράτους διαλέκτου δεδήλωται καὶ νῦν ἀρκεῖ προειπεῖν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐξηγήσεως ὡς τὰ τοιαῦτα πάντα παραλείψω,

bene agitur, si postquam de doctoribus eadem saepius audierint, aliis atque aliis verbis explanata percipiunt.

I.

Medicum oportet tum luxationum tum fracturarum intensiones quam rectissimas facere.

Nonnulli textus etiamsi nihil doceant quod sit magni momenti, eos tamen explanationis particulas esse creditum est: tales sunt qui diversas scripturas notant. Hujusmodi quidquam et nunc in proposita oratione existit. Medicum oportet nonnullis quidem scribentibus, nonnullis vero citra principium, medicum oportet. Id enim profecto etiam consuetum est Atticis, quorum linguam aliquantulum ita usurpat Hippocrates ut ipsam pristinam esse Atticam quidam profiteantur. At in altero libello quae de Hippocratis idiomate judicia feramus, ea seorsum declarata sunt. Atque nunc in explanationis exordio

μήτ' ἀναγκαῖα μέρη τῆς προκειμένης πραγματείας ὄντα μέγεθός τε τοῖς ὑπομνήμασιν ἄμετρον παρέξοντα τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ καταγμάτων, ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι. οὐκ ἐπτώσεις μόνον καὶ ἐκπτώματα καλεῖ τὰς τῶν ὀστῶν ἐκ τῆς ἰδίας χώρας μεταστάσεις ἄνευ τοῦ καταγῆναι γινομένας, ἀλλὰ τούτοις τοῖς ὀνόμασι τάς τε ἐξαρθρώσεις καὶ τὰ ἐξαρθρώματα προστίθησι. περὶ δὲ τῶν καταγμάτων ἄξιον ἐπισημήνασθαι τοσοῦτον, ὡς πλειστάκις ὀνομάζων οὕτως αὐτὰ, σπανιάκις δέ που γράψας ἀγμὸς τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο κατὰ τὸ σπάνιον. ὅθεν ἔνιοί φασιν οὐδὲ διῃρῆσθαι πρὸς Ἱπποκράτους αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, γραφῆναι δὲ ἓν ὅλον ἄμφω προσκειμένου τῷ νῦν ἡμῖν προκειμένῳ βιβλίῳ τοῦ περὶ ἄρθρων ἐπιγεγραμμένου, διαιρεθῆναι δὲ ὕστερον ὑπό τινος εἰς δύο διὰ τὸ μέγεθος, ἡνίκα δὲ ἦν ἓν ἄμφω, κοινὸν καὶ τὸ ἐπίγραμμα αὐτοῖς εἶναι τὴν κατ' ἰητρεῖον φωνήν. καὶ τούτου δ' αὐτοῦ πειρῶνται φέρειν μαρτυρίαν κακῶς, ἅτε ἓν εἶναι σύγγραμμα τὸ κατ' ἰη-

ſatis eſt praenunciaſſe, me hujusmodi omnia praetermiſſurum, quum propoſitae tractationis neceſſariae non ſint partes et immenſam commentariis molem advectura ſint. Tum luxationum tum fracturarum extenſiones quam rectiſſimas facere. Non ſolum prolapſiones et procidentias vocat oſſium e propria ſede ſeceſſus citra fracturas factos, ſed et his nominibus tum luxationes tum exarticulationes addidit. De fracturis autem id notatu dignum eſt, Hippocratem ut qui ipſas ſaepius κατάγματα nominat, parcius vero ἀγμὸς ſcripſit, eo vocabulo quod rarius uſurpavit hujus operis inſcriptionem feciſſe. Unde nonnulli proferunt, haec opera ab ipſo Hippocrate minime ſeparata fuiſſe, ſed ambo unicum ſolum conſcriptum eſſe, quum liber de articulis inſcriptus huic nobis nunc propoſito vicinus adhaereat; poſtea prae mole duos in libros a quodam diviſum fuiſſe, atque ubi unum ambo conſtituerunt, communem etiam titulum ipſis inſcriptum eſſe de officina medici. Atque hujus rei ipſi teſtimonium ferre male co-

τρεῖον παλαιὸν ἄνδρα λέγοντες, τοῦ Ἱπποκράτους τοῦ Γνωσιδίκου υἱέως· οὐ γὰρ δὴ τὸ νῦν γε οὕτως ἐπιγεγραμμένον βιβλίδιον μικρὸν, ὅπερ ὁ μέγας Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ὃς ἔδοξεν ἐν αὐτοῖς Ἕλλησιν ἄριστος ἰατρός τε καὶ συγγραφεύς· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον [154] πραττομένων ἐν τούτοις δύο βιβλίοις ὁ λόγος αὐτῷ γίνεται, διὰ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι κατ' ἰητρεῖον αὐτά φασι, διὰ ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας τάξιν οὐκ ἀκριβῶς ἔχειν. ἔν τε γὰρ τούτῳ τῷ βιβλίῳ τῷ περὶ τῶν καταγμάτων ἐξαρθρημάτων τινῶν μνημονεύειν αὐτὸν κἀν τῷ μετ' αὐτὸ περὶ τῶν ἐξαρθρημάτων ἀναμεμίχθαι τινὰ περὶ καταγμάτων οὐκ ὀλίγον λόγον. οἷς δ' οὐ διῃρῆσθαι πρός τινος, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς δύο γεγράφθαι δοκεῖ τὰ βιβλία, κατὰ τὸ πλειστοδυναμοῦν φασιν. οὕτω γὰρ νομίζουσιν αὐτοὶ τὰς ἐπιγραφὰς αὐτῶν πεποιῆσθαι, κἀντεῦθεν ἀρξάμενοι μακρὸν ἀποτείνουσι λόγον, ἀποδεικνύντες τὰ πλεῖστα τῶν βιβλίων αὐτοῦ κατὰ τοῦτον ἐπιγεγράφθαι τὸν τρόπον. ἐγὼ δ' εἰ μὲν αὐτὸς Ἱπποκράτης ἔγραψεν ὑφ' ἓν ἢ οὐχ ὑφ' ἓν ἀμφότερα τὰ

nantur afferentes nimirum a prifco viro primo Hippocrate Gnofidici filio unum opus effe de officina medici. Non enim certe praefentem parvum libellum ita infcriptum magnus Hippocrates fcripfit, qui maximus inter Graecos et auctor et medicus habitus eft. Sed quia de iis quae in medici officina fiunt in his duobus libris ipfi oratio eft, propterea narrant infcriptos fuiffe de officina medici, proindeque etiam doctrinae ordinem exquifite non fervari. Nam et hoc in libro de fracturis ipfum quarumdam luxationum mentionem feciffe, et in fequenti de articulis luxatis quaedam non pauca de fracturis inferuiffe. Verum quibus praeftet hofce libros non ab aliquo fejunctos, fed a principio duos fcriptos fuiffe ab iis in quibus magis verfantur, infcriptum nomen dediffe pronunciant. Sic enim opinantur ipfi eorum infcriptiones feciffe, indeque aufpicati prolixam orationem ducunt oftendentes plurimos ipfius libros hac ratione infcriptos effe. Equidem an in unum contulerit ipfe Hippocrates ambo haec opera

βιβλία λέγειν οὐκ ἔχω, δεικνύειν δ' ἐπαγγέλλομαι τοῦ λόγου προϊόντος οἰκειότατα τῆς διδασκαλίας εἶναι τοῖς τε ἐξαρθρήμασι, περὶ ὧν κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον ἔγραψε πρὸς τὰ κατάγματα, τοῖς τε κατάγμασιν, ἃ καὶ τὸ περὶ ἄρθρων ἐδίδαξε, πρὸς τὰ κατ' ἐκεῖνο τὸ σύγγραμμα περὶ διαρθρημάτων εἰρημένα. διὰ τί δὲ ἐν τῇδε τῇ νῦν προκειμένῃ τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ καταγμάτων εἶπεν ὑπαλλάξας τὴν τάξιν τοῦ λόγου, δέον εἰπεῖν καταγμάτων τε καὶ ἐκπτωσίων, ὡς ἂν περὶ τῶν πρῶτον διδάσκων καταγμάτων, ἕνα λόγον ἔχω φάναι τοιόνδε· καὶ γὰρ καὶ Ἱπποκράτει πολλάκις εὑρεῖν ἐστι καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ὅσοι δεινότατοι λέγειν τὸ τοιοῦτον ἑρμηνείας εἶδος. ἴσως μὲν οὐ τῇ τάξει τῶν διδαχθησομένων, ἀλλὰ τῇ τῆς τάξεως ἁρμονίᾳ προσεχόντων τὸν νοῦν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ φροντιζομένων ὅλως ἄκρας τάξεως ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις, ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι τῶν κώλων. ἐν οἷς ἐξαρθρήματα γέγονεν ἢ κατάγματα τὰς κατατάσιας ἐν τοῖς ἰθυτάτοις σχήμασιν ἀξιοῖ ποιεῖσθαι, διὰ τί μὲν χρὴ κατείνειν αὐτὰ μὴ προσθεὶς ἐνταῦθα, περὶ

an non, dicere non habeo. Procedente autem oratione oftenfurum me polliceor fracturas doctrinae cognitione, luxationibus, de quibus hoc in opere fcripfit, effe conjunctiffimas; item luxationes fracturis quas in libro de articulis docuit, juxta ea quae in illo opere de luxationibus dicta funt. Cur vero in propofito nunc textu tum luxationum tum fracturarum protulerit, permutato orationis ordine, quum fcriptis mandare debuerit, tum fracturarum tum luxationum, ut qui primum de fracturis doceat hanc unam rationem proferendam habeo. Etenim tum ab Hippocrate multoties et a cunctis majoribus quicunque eloquentiffimi fuerunt, talem eloquutionis ideam comparatam fuiffe conftat. Fortaffis igitur non dicendorum ordinem, fed ordinis concentum animadverterunt; imo vero exquifitum ordinem in hujusmodi orationibus prorfus neglexerunt: extenfiones quam rectiffimas facere. In quibus membra luxata aut fracta funt, extenfiones quam rectiffimo habitu figurari praecipit; fed an ipfa ex-

δὲ τοῦ σχήματος, ἐν ᾧ προσήκει τοῦτο γίνεσθαι, μακρὸν ἀποτείνας λόγον. ἐξῆν δ᾽ οὖν αὐτῷ διδάξαντι τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ πράγματι σιωπῆσαι περὶ τῶν ἑτέρως δοξαζόντων. ἄλλα γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦδε τοῦ λόγου μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐγνῶσθαι κάλλιον ἐνίους μὲν αὐτῶν γίγνεσθαι διὰ τῶν κεφαλαίων μόνων, οἳ δὴ καὶ βραχύτατοι τοῦ λόγου εἰσὶν, ἐνίους δὲ τούτοις ἐναντιωτάτους κατὰ διέξοδον ἑρμηνεύεσθαι χωρὶς μηδενὸς ὅλως παραλειπομένου τοῦ δυναμένου λεχθῆναι χρησίμως, τοὺς δ᾽ ἄλλους ἅπαντας ἐν τῷ μεταξὺ τούτων τετάχθαι, τοὺς μὲν ἐν τῷ βραχυτάτῳ, τοὺς δὲ ἐν τῷ μακροτάτῳ προχωροῦντας, ὥσπερ αὖ πάλιν ἑτέρους περὶ τὸ μέσον ἐλλείπεσθαι βραχὺ παραχωροῦντας. ἐφ᾽ ἑκατέροις οὖν ἔργον ἐστὶν ἀναγινώσκειν ἕκαστον αὐτῶν, ὡς ἂν ἔχῃ αὐτὸς ἤτοι προαιρέσεως ἢ σχολῆς, οὔτε τοῖς διὰ βραχυλογίαν ἀσαφέστερον γράψασιν οὔτε τοῖς διὰ σαφήνειαν ἐπὶ πλέον ἐκτείνασι μεμφόμενον. οὐ γὰρ ἐκείνοις χρὴ νομοθετεῖν καὶ ταῦτα μηδὲν ἀνύειν μέλλοντα, τὸ δ᾽ ἑαυτῷ

tendi debeant hic non appofuit. De habitu vero in quo membra collocari deceat, dum extenfio celebratur, longa oratione pertractat. Licebat igitur ipfi in opere rei veritatem docenti eos qui fecus fentirent filentio praetermittere. Enimvero non hac in oratione folum, fed etiam in ceteris omnibus honeftius eft agnofcere, orationum nonnullas quidem effe quae fummatim res proferunt atque hae profecto funt breviffimae; nonnullas vero his maxime contrarias quae res fufe lateque explicant, nulla omnino praetermiffa quae utiliter enunciari valeat. Ceteras vero ad omnes his interjectas effe: has quidem ad breviffimas, illas longiffimis propius accedere; quemadmodum rurfus alias a medio diftare paululum fecedentes. Utriusque igitur generis fingulas pro arbitrio et otio legere opus eft. Eos autem minime accufare qui ob breviloquentiam obfcurius fcribunt neque eos qui perfpicuitatis ftudio productius feruntur. Non enim lex illis imponenda eft, quum haec nullum profectum allatura fint, fed accipere

πρόσφορον ἕκαστον λαμβάνειν εἰδότα τοὺς σκοποὺς τῆς διδασκαλίας οὐ τοὺς αὐτοὺς ὄντας ἅπασι τοῖς βιβλίοις. αὐτίκα γέ τοι ὅτι μὲν τὰ δύο, τό τε περὶ ὅ τι τῶν καταγμάτων καὶ τὸ περὶ τῶν ἐξαρθρημάτων, διεξοδικῶς ἑρμηνεύεται, τὸ μοχλικὸν δὲ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενον διδασκαλίαν, ὅσον ἐπὶ τοῖς πράγμασι διὰ τῶν κεφαλαίων μόνων. ἔστι δὴ ἡ μὲν κατὰ διέξοδον ἑρμηνεία πρὸς σαφήνειαν ἐπιτήδειος, ἡ δὲ διὰ τῶν κεφαλαίων εἰς μνήμην. [155] οὗτος μὲν ὁ λόγος ἅπαξ εἰρημένος ἐμοὶ ἀεὶ συμμνημονευέσθω, περὶ δὲ τῶν πραγμάτων ὧν διδάσκει τοὐντεῦθεν ἤδη διερχομένῳ μοι πρόσεχε τὸν νοῦν ἀκριβῶς. αὐτὸς μὲν γὰρ ὕστερον ἀπορεῖ διὰ τίνα χρὴ κατατείνειν πρότερον, εἴτε διαπλάττειν μέλλοις τὸ κατεαγὸς ὀστοῦν εἴτ' ἐμβάλλειν τὸ ἐξηρθρηκός. ἐμοὶ δὲ νῦν φαίνεται καιρὸς αὐτῷ σαφηνείας ἔχοντι σκοπὸν τῆς ἐξηγήσεως, εἰς ἣν ὅτι μέγιστον ἡ τάξις τοῦ λόγου συντελεῖ, πάντων ὁμολογούντων οὐδὲν μὲν δεικνύειν αὐτὸς, ὥσπερ οὐδ' ὅτι τοῖς ἐξηγουμένοις ὁτιοῦν ὁ σκοπὸς οὐ τῆς τάξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέτρου τῶν κατα

debet unusquisque quod fibi utile fit intuitus doctrinae fcopos non omnibus libris eosdem effe. Verbi gratia quod hi duo libri tum de fracturis tum de luxationibus copiofe quidem fe docturos denuncient, fummatim vero vectiarius, qui eandem ac ceteri doctrinam complectuntur. Quod ad res fpectat, idem fummatim agit. Eft autem oratio copiofa ad perfpicuitatem idonea, compendiofa vero ad memoriam. Haec oratio a me femel enunciata tuae memoriae perpetuo infideat. Jam vero mihi de rebus quas docet pofthac differenti accurate mentem adhibe. Ipfe namque poftea quaerit, an five fractum os componendum five luxatum in fuam fedem collocandum fit, extendere prius oporteat. Mihi autem nunc fe prodit occafio, ipfi perfpicuitatem explanationis fcopum habenti, ad quam orationis ordo quam plurimum confert rerum omnium confentanearum nihil quidem denunciare ipfe. Non ordinis dumtaxat, verum etiam modi fingularum omnium oratio-

μέρος ἁπάντων λόγων ἡ σαφήνειά ἐστιν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δι' ἄλλο τι γράφομεν ἐξήγησιν. ἐπεὶ τοίνυν ἐδιδάξαμεν ἐν τοῖς περὶ μυῶν κινήσεως ἰδιαίτατον μὲν ὡς πρὸς τὰ ἄλλα μόρια τοῦ σώματος, κοινότατον δὲ ὡς πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς εἶναι τὸ συνιζάνειν εἰς ἑαυτοὺς, ἀνάλογον σειραῖς τε καὶ χορδαῖς καὶ σχοινίοις. ὥσπερ γὰρ ταῦτα διατείνομεν, ἐπειδὰν τῶν περάτων ἑκάτερον λαβόμενοι πρὸς τοὐναντίον ἕλκωμεν, ἐασάντων δὲ καὶ τεθέντων αὐτὰ συστέλλεται, οὕτω καὶ οἱ μύες εἰς ὀστοῦν ἐμπεφυκότες ἑκατέρῳ τῷ πέρατι τὰς μὲν συμφύσεις εἰς αὐτὰς ἀνάλογον ἔχουσι ταῖς διὰ τῶν χειρῶν γινομέναις λαβαῖς, ἀντισπώμενοι δ' ὑπ' αὐτῶν εἰς τοὐναντίον τὸ μέσον τῶν περάτων, ὅπερ ἐστὶν, ὅλον αὐτὸ τὸ σῶμα τεταμένον ἴσχουσι. καὶ διὰ τοῦτο ὁπότε τις αὐτῶν ὅλας τὰς ἶνας ἐγκαρσίως διακόψῃ, διΐσταται τὰ μέρη πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἑλκόμενα, τὸ μὲν ἄνω πρὸς τὴν τοῦ μυὸς ὅλην κεφαλὴν, τὸ δὲ κάτω πρὸς τὴν τελευτὴν, ἔνθα καταφύεται τῷ δευτέρῳ κατὰ τὸ κῶλον ὀστῷ μετὰ τὴν διάρθρωσιν. ὅταν οὖν ἄνευ τοῦ τετμῆσθαι τὸν μῦν ἐκπέσῃ

num eft perfpicuitas. Non enim alia de caufa explicationem fcribimus. In libris igitur de motu mufculorum docuimus maxime quidem proprium ipfis effe, prout ad reliquas corporis partes referuntur, maxime vero commune, prout ad fefe invicem in fe ipfos fubfidere exemplo fimili lori, chordae aut funis. Quemadmodum enim haec diftendimus, ubi utrisque extremorum prehenfis in contrarium attrahimus, quibus dimiffis ac pofitis ipfa contrahuntur: fic etiam mufculi in offa utrisque extremis inferti connexiones quidem fuas iis quae manibus fiunt prehenfionibus confimiles fortiantur. Ab ipfis autem attracti ad contrarium extremorum medium, quod eft univerfum ipfum corpus extenfum detinent. Quamobrem quum quis eorum omnes fibras transverfim interciderit, partes vulneratae plurimum a fe invicem diducuntur, illa quidem furfum ad totum mufculi caput, haec vero deorfum ad caudam, ubi alteri offi in membrum inferitur poft articulationem. Quum igitur articulatum os citra mufculi

τῆς ἰδίας ἕδρας τὸ διηρθρωμένον ὀστοῦν ἢ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ (526) μέρος, εἰς ὃ τὴν ἔκπτωσιν ἐποιήσατο καταπεφυκυῖα τελευτὴ τοῦ μυὸς, ὡς ἂν εἰς αὐτὸν ὅλου συντρέχοντος αὐτοῦ καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν κεφαλὴν ἀνελκομένου συναναςπᾶται συμφυὲς αὐτῷ τοῦ κώλου μόριον, ὅπερ ἐστὶν ἡ κεφαλὴ τοῦ κατὰ τὴν διάρθρωσιν ὀστοῦ, τῆς δ᾽ ἀνασπωμένης συναναςπᾶται καὶ τὸ σύμπαν ὀστοῦν.

Ἐν τούτῳ δὴ τῷ παθήματι συμβαίνει τὴν κεφαλὴν τοῦ ταπεινοτέρου κατὰ τὴν διάρθρωσιν ὀστοῦ τῆς ἀρχομένης θέσεως ὑψηλοτέραν γίγνεσθαι, ὥστε ἀδύνατον αὐτὴν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν οἰκείαν ἕδραν πρὶν κατατείναντα τὸ σύμπαν ὀστοῦν μεταστῆσαι κάτω τοσοῦτον, ὅσον ὑψωθῇ παρὰ φύσιν. αὕτη μὲν οὖν ἡ αἰτία τοῦ κατατείνεσθαι δεῖσθαι πρότερον ὅσα τῶν ὀστῶν ἐξήρθρησεν. ὅτι δὲ καὶ τὰ συντριβέντα δεῖται κατατάσεως, ἐνθένδε ἂν μάλιστα μάθοις· ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐξαρθρησάντων ἐμβαλεῖν χρὴ τὸ ἐξηρθρηκὸς, οὕτος ἐπὶ τῶν καταγέντων διαπλάσαι τὸ πεπονθὸς, ὥστε

tenfionem a propria fede exciderit vel illam in partem, ad quam inferta mufculi cauda luxationem fecerit, ut qui totus ad eundem concurrat et ad proprium caput attrahatur pars membri ipfius cui nectitur fimul revellitur, quod caput eft offis, quod in articulationem inferitur, quo contracto os quoque contrahitur.

A.	B.
Praecifarum mufculi partium retractio.	Offis caput a mufculo contracto altius fublatum.

Hoc autem in affectu accidit caput offis, quod in articulatione fubjectum eft, in obfequenti fede fublimius collocari. Quare fieri non poteft, ipfam in propriam fedem reftitui, priusquam protenfo toto offe deorfum tantum compellatur, quantum praeter naturam fe extulit. Haec igitur caufa datur qua offa luxata prius protendenda funt. Quod autem et contrita offa protenfiones defiderent, inde maxime didiceris. Quemadmodum in luxatis reftituendum eft quod excidit, fic in fractis quod affectum eft

ψαύειν ἀλλήλων τὰ πέρατα τῶν μελῶν τοῦ συντριβέντος. ἔστι μὲν γὰρ τὸ κάταγμα διαφθορὰ τῆς ἐν ὀστῷ συνεχείας, ὥσπερ τὸ ἕλκος τῆς ἐν σαρκί. πέρας δὲ ἑκατέρῳ τῆς ἰάσεώς ἐστι τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕνωσιν ἀνακτήσασθαι. ἀδύνατον δὲ τοῦτο χωρὶς τοῦ κατ' εὐθὺ τεθῆναι τὰ μέρη τοῦ καταγέντος ὀστοῦ. καλεῖται δὲ διάπλασις ἡ πρᾶξις αὕτη. εἰ μὲν οὖν εἴη μικρὸν τὸ κάταγμα, φυλάττει τὴν θέσιν τὴν οἰκείαν ἑκατέρου τῶν τοῦ παθόντος ὀστοῦ μορίων, εἰ δ' ὅλον συντριβῇ τὸ ὀστοῦν, ἀναγκαῖον ἐν τῷδε παραλλάττειν αὐτοῦ τὰ μέρη, τὰ μὲν εἰ οὕτως ἔτυχε πρόσω, τὰ δ' ὀπίσω μεθιστάμενα, καὶ τὰ μὲν εἰς δεξιὰ, τὰ δὲ εἰς [156] ἀριστερά. διὸ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἑκατέρωθεν περιλαμβάνοντες τὸ κῶλον τὸ μὲν εἰς τὸ πρόσω μεθιστάμενον διωθοῦμεν ὀπίσω, τὸ δ' εἰς τοὐπίσω μετάγομεν πρόσω, καὶ τὰ μὲν εἰς τὰ ἀριστερὰ πρὸς τὰ δεξιὰ μεθιστῶμεν. ὅσα δ' εἰς τοῦτο μετέστη τὸ χωρίον ἐπὶ θάτερον μετάγομεν, ὡς ἅπαντα ἀλλήλοις τὰ μέρη τοῦ συντριβέντος ὀστοῦ πρὸς τῶν χειρῶν τοῦ διαπλάττοντος ἐπὶ τἀναντία παράγεσθαι.

componendum, ita ut contriti membri extrema se tangant. Est enim fractura continuitatis in osse corruptio, quemadmodum ulcus in carne. Utrique autem extremum sanationis est ab initio unitatem reducere. Hoc autem fieri non potest, nisi fracti ossis partes e regione collocentur. Haec autem operatio conformatio vocatur. Itaque si exilis fractura fuerit, utrimque affecti ossis partium sedem propriam tuebitur; si vero universum os contritum sit, ejus partes inter se mutuo cedere necesse est; has quidem si ita sors tulerit, in anteriorem, illas vero in posteriorem regionem; alias quidem in dextram, alias in sinistram luxari. Quamobrem ambabus manibus utrumque membrum prehendentes, quod in anteriorem luxatur, in posteriorem impellimus; quod in posteriorem, in anteriorem compellimus; quod in sinistram discedit, in dextram trudimus; quod hanc in regionem prolapsum est, in alteram deducimus, ita ut omnes contriti ossis partes per manus componentes in contrarias partes mutuo urgeantur. Itaque dum

κίνδυνος οὖν ἐν τούτῳ παραθραυσθῆναί τινας ἐξοχὰς τοῦ καταγέντος. οὐ γὰρ δὴ ἀκριβῶς οὕτως ἑκάτερον τῶν περάτων γίγνεται λεῖον, ὡς ὑπὸ τῶν μαχαιρωτῶν πριόνων. οἱ μὲν γὰρ ὀδοντωτοὶ καλούμενοι καὶ αὐτοὶ τραχύτητας ἐργάζονται.

Διὰ τοῦτ' οὖν ἀπάγοντες ἀλλήλων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω μέρη τοῦ κατάγματος ἐπὶ τὴν διάπλασιν ἀφικνούμεθα, δεδιότες ἐν τῷ προάγειν ἀλλήλοις τὰ παρηλλαχότα περιτεθραῦσθαί τινας ἐξοχὰς αὐτῶν. ἔστι δὲ τοῦτο πάντως, ἐὰν ἐγχρίμπτοιτο ἀλλήλοις. οὕτως γὰρ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασε τὰ μέλη τῶν διαπλαττομένων ὀστῶν, ὅταν εἰς τὴν οἰκείαν ἄγηται χώραν. ἵνα οὖν τὰ διεστῶτα παράγηται, τὸ μὲν ἄνω χρὴ τῶν μερῶν ἕλκειν, τὸ δὲ κάτω καὶ ποιοῦσιν ἤδη οὕτως πάντες οἱ ἰατροὶ ποτὲ μὲν ταῖς χερσὶ μόναις τῶν ὑπηρετῶν ἐπιτρέποντες, ἔστι δ' ὅτε καὶ βρόχους ἐπι-

haec fit operatio, periculum est, ne quaedam fracti ossis eminentiae perfringantur. Non enim certe ita exacte utrumque os extremum laeve redditur, ut a gladiis serris similibus. Qui namque dentati vocantur, hi asperitates efficiunt.

C.	D.	E.
Fracti ossis alternatio et asperitas.	Serra cultraria.	Serra dentata.

Quamobrem fracti ossis partes in diversa mutuo, illa sursum, haec deorsum deducentes ad se invicem accedimus, caventes in adducendo partes immutatas in se invicem aliquas ipsarum eminentias confringi. Hoc autem prorsus accidit, quum ossa sub aliis alia condantur. Sic enim Hippocrates ossium quae conformantur partes nominavit, quum in propriam regionem reducuntur. Ut igitur quae sejunctae introducuntur partes; alteram quidem sursum, alteram vero deorsum attrahere oportet, quod jam omnes medici ita faciunt; rem quidem interdum solis ministrorum manibus committentes, interdum vero laqueos inji-

βαλλόντες, ὅταν εὐτονωτέρας ἀντιτάσεως χρήζωσιν. ὅτι μὲν οὖν ἀπὸ κατατάσεως ἄρχεσθαι προσήκει τὴν θεραπείαν τῶν ἐξαρθρημάτων τε καὶ καταγμάτων ἐπιδέδεικται. ὅτι δ' οὐκ ἐν τυχόντι σχήματι ποιητέον αὐτήν ἐστι, λεκτέον ἐφεξῆς, καὶ πρῶτόν γε ὅτι τεττάρων ἐνεργειῶν οὐσῶν ἐν τῇ καταγμάτων θεραπείᾳ, τάσεως, διαπλάσεως, ἐπιδέσεως, ἀποθέσεως, ἓν κοινὸν ἐν πάσαις δεῖ εἶναι σχῆμα. διαπλάττεται μὲν γὰρ ἐν τῷ κατατείνεσθαι, διαπλασθέντι δ' εὐθέως ἐπιδεῖσθαι δεῖται, φυλαττομένου τοῦ σχήματος ἐν ᾧ διεπλάσθη. τοῦτο δ' αὖ πάλιν αὐτὸ φυλάττεσθαι χρὴ κατὰ τὴν ἀπόθεσιν. μεταβληθέντος γὰρ ἔνια μὲν τῆς ἐπιδέσεως μέρη χαλαρὰς ἕξει τὰς ἐπιβολὰς τῶν ὀθονίων, ἔνια δὲ θλιβούσας. αἱ μὲν οὖν χαλαραὶ συγχωροῦσαι κινεῖσθαι τοῖς ὀστοῖς διαφθείρουσι τὴν διάπλασιν, αἱ θλίβουσαι δὲ πόνον ἐργαζόμεναι φλεγμονὰς γεννῶσιν. ὅτι μὲν οὖν ἓν εἶναι δεῖ σχῆμα κοινὸν τῶν εἰρημένων τεττάρων ἐνεργειῶν ἐπιδέδεικται. τοὐντεῦθεν δ' ἐπισκεψόμεθα τίσι προσέχοντας σκο-

cientes, quum contraria vehementi contentione opus habeant. Quod igitur ab extenfione tum luxationem tum fracturarum curationem incipere deceat demonftratum eft. Quod vero ipfa extenfio non in temeraria figura facienda fit, deinceps dicendum. Atque illud in primis quum in fracturarum curatione quatuor fint operationes, extenfio, conformatio, deligatio et depofitio, unum in omnibus habitum effe communem oportet. Conformatio quidem in extenfione fit. Quod conformatum eft, id quam primum deligandum confervato membri habitu, quo conformatum eft. Hunc ipfum rurfus tueri oportet per depofitionem. Translatae fiquidem nonnullae deligationis partes laxas fafciarum injectiones habebunt, nonnullas vero prementes. Laxae quidem offibus moveri concedentes conformationem corrumpunt; prementes vero dolorem excitantes inflammationem procreant. Quod igitur unum habitum effe oporteat, quatuor enunciatis operationibus communem demonftratum eft. Deinde vero fpeculemur, quibus

ποῖς εὑρεῖν χρὴ τοῦθ', ὅτι τεινόντων μὲν ἄριστον σχῆμα τὸ χωρὶς μεγάλης τάσεως εἰς διάτασιν ἄγειν τὰ κεχωρισμένα τῶν ὀστῶν, ἐν ἀποθέσει δὲ τὸ ἀνωδυνώτατον. ἔσται δ' ἀμφότερα δι' ἐκείνου τοῦ σχήματος, ὅ τί περ ἂν ἐπ' εὐθείας τείνῃ τὰς ἶνας τῶν μυῶν. ἐπ' εὐθείας δὲ τείνει τὰ καθ' ἕν τι μέρος τοῦ κώλου φυλάττοντα τὸν ὅλον μῦν. ἵνα γὰρ ἐκ μὲν τῶν ἔνδον ἔχῃ τὴν ἔκφυσιν, οὕτως δ' αὐτὴν ἐνσχηματίσεις, ὡς τὰ μέσα μὲν αὐτοῦ κάτωθεν ἔχειν τοῦ κώλου, τὸ πέρας δ' ἔσωθεν, ἢ τὰ μέσα μὲν ἄνωθεν, ἔξωθεν δὲ τὸ πέρας ἄγεσθαι, ἑλιττόμενος ἐν τῷδε περὶ τὸ κῶλον ἐπὶ πλέον ἐκτείνεται.

[157] Ἐὰν μὲν οὖν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι κατατείνῃς αὐτὸν, ὡς ἱκανῶς διαστῆσαι τὰ μέρη τοῦ καταγέντος ὀστοῦ, καὶ σφοδρῶς ὀδυνήσεται καὶ κινδυνεύσει διασπασθῆναι. καὶ μέντοι καὶ διεσπάσθησαν ἤδη μύες ἐκκειμένης

ſcopis incumbentes hunc habitum invenire deceat, quod tendentium quidem optimus habitus ſit, qui citra magnam tenſionem oſſa ſeparata in continuitatem ducit; quum continetur ille qui minime laedit, utrumque praeſtat, qui ita figurat, ut muſculorum fibrae directae intendantur. Directae autem intenduntur, quum ab ima membri parte univerſus muſculus collocatur: nam ſi muſculus qui ſuum initium habet a parte interiori ita collocetur, ut medius ab interiori parte membri extremus ab exteriori vel ſic ut medius a ſuperiori, extremus ab interiori ſitus ſit. Hoc pacto circa membrum in cochleam ſerpens magnam vim requirit, quum intenditur.

A.	B.
Muſculorum directio.	Muſculorum diſtortio in ſupinae manus figuratione.

Itaque ſi hoc modo figuratum muſculum extendas, dum fracti oſſis partes abunde diducantur, vehementer dolebit, magno cum periculo ne convellatur. Conſtat enim intenſionis vi convulſos interdum muſculos fuiſſe; quare

τάσεως, ᾧ δῆλον ὡς ἓν καὶ ταυτόν ἐστιν ἀνωδυνώτατόν τε ἅμα καὶ τοὺς μύας ἀδιαστρόφως φυλάττον σχῆμα, ὅπερ Ἱπποκράτης ἐδήλωσε σαφῶς, ἐρηρεῖσθαι κατὰ τοῦ πήχεως ὅλην τὴν χεῖρα, μήτε ἐκτεταμένην ἄκρως μήτε κεκαμμένην, ἀλλ' ἐν τῷ μέσῳ τούτων. ὅτι δ' ἄριστον τοῦτο τὸ σχῆμα αὐτὸς ἐδίδαξε. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπειδὴ τὸ τοῦ πήχεως ὀστοῦν μακρότερόν ἐστι τοῦ τῆς κερκίδος ἕδρας καὶ στήριγμα βέβαιον αὐτοῖς ἔσται. οἱ δὲ μύες οἱ μὲν κατὰ τὸν ἔνδον κόνδυλον τοῦ βραχίονος ἐκφυόμενοι τὰς κάτω τελευτὰς ἔξωθεν ἔχουσι τῆς ὅλης χειρὸς, οἱ δ' ἐκ τοῦ κατὰ τὸ ἐκτὸς ἔσωθεν. οὗ δ' ἦν μυὸς ἥ τ' ἀρχὴ καὶ ἡ τελευτὴ κατὰ τῶν ἐντὸς μερῶν ᾖ τῆς ὅλης χειρὸς, τούτου καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα μόρια καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὅλος ὁ μῦς. ὥσπερ γε καὶ ἡ τελευτὴ καὶ ὅλος ὁ μῦς οὗτος ἔξωθέν ἐστιν ὅλου τοῦ κώλου. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ πεῖρα δείκνυσιν ἀνωδυνώτατον εἶναι τοῦτο τὸ σχῆμα. τῶν δ' ἐφ' ἑκάτερον τοῦδε τὸ μὲν ὕπτιον ἐπὶ πλεῖστόν τε διαστρέφει τοὺς μύας, ὀδυνηρότερόν τε φαινόμενον δείκνυται, τὸ δὲ πρανὲς ἐλάττονα μὲν τὴν διαστροφὴν, ἐλάττονα δὲ καὶ τὴν ὀδύνην ἐρ-

eundem habitum esse constat, qui minime laedit et qui musculos nullo modo perversos continet, quod aperte Hippocrates expressit volens, brachium cubito tantum inniti, non ex toto curvatum aut extentum, sed in medio inter haec collocatum. Quem habitum ipse docuit optimum esse, primo quod cubiti os longius est radii sede, ipsumque firmiter sustinet, deinde quia musculi qui oriuntur ab interiori tuberculo humeri, extrema habent ab interiori parte totius brachii, qui ab exteriori incipiunt, ab interiori finiuntur. Cujus autem musculi initium et finis ab interiori parte sunt totius brachii hujus et reliquae omnes partes et propterea totus ipse musculus. Similiter cujus extrema ab exteriori parte sunt et ipse totus ab exteriori parte est totius membri. Quin et experimentum indicat, hunc habitum minime laedere; ex duobus vero quibus hic interjicitur supinus, musculos plurimum per-

γάζεται. εἴρηταί σοι δυνάμει πάντα τὰ περὶ τοῦ σχήματος τῆς χειρὸς, ἃ διὰ μικρῶν Ἱπποκράτης ἐφεξῆς διδάσκει, λέξει διεξοδικῇ καὶ σαφεῖ χρώμενος, ὡς ὀλίγα πάνυ κατ' αὐτὴν ἐξηγήσεως δεῖσθαι καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις τὴν ἐν παισὶ παιδείαν ἢ παρὰ διδασκάλοις ἀνεγνωκόσιν τὸ βιβλίον, οἷσπερ δὴ καὶ γράφεται τὰ ὑπομνήματα.

β'.

Αὐτὴ γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις.

Ὡς εἰ καὶ οἰκειοτάτη εἶπεν. ὅταν γὰρ ἑκάστῳ πράγματι τὸ οἰκεῖον φυλάττεται, δικαίως ἔχει τε καὶ διοικεῖται τοῦτο. τὸ δ' ἄλλο οἰκεῖον ἐν σώματι παρὰ τὸ κατὰ φύσιν οὐδ' ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. ὅταν οὖν ἑκάστῳ μορίῳ καὶ σχήματι καὶ χρώματι καὶ μεγέθει ὑπάρχῃ τὸ οἰκεῖον, ἄριστα δείκνυται.

vertit minusque dolori eſt. Habes de brachio figurando ſummatim omnia quae latius deinceps Hippocrates docebit, ea ratione uſus quae perfecte planeque rem exponit, ita ut paucis omnino opus ſit ad ea exponenda, iis praeſertim qui imbuti ſunt puerilibus diſciplinis vel apud doctores librum legerunt, quibus ſane commentaria ſcribuntur.

II.

Ea namque juſtiſſima eſt natura.

Ac ſi dixerit maxime proprium. Quum enim unicuique rei quod proprium eſt ſervatur tum ea juſte ſe res habet tum adminiſtratur. Quid autem aliud in corpore proprium eſt, quam quod ſecundum naturam ſit, non facile intelligitur. Quum ergo unicuique parti et figurae et colori et magnitudini ineſt proprium, optime aſſiciuntur.

Ed. Chart. XII. [157. 158.] Ed. Baf. V. (526. 527.)

γ'.

Ἢν δέ τις ἐγκλίνῃ τῇ ἢ τῇ ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν. ἐλάσσων γὰρ ἡ ἁμαρτὰς ἢ ἐπὶ τὸ ὕπτιον.

---

(527) *Δυοῖν σχημάτοιν ἐμνημόνευσεν, ὑπτίου τε καὶ πρηνοῦς, ἃ λέγεται μὲν κατὰ τοῦ σώματος ὅλου, λέγεται δὲ καθ' ἑνὸς αὐτοῦ μορίου τῆς χειρός. ὅλον μὲν οὖν τὸ σῶμα κεῖσθαι [158] πρηνὲς λέγομεν, ὅταν ἡ μὲν γαστὴρ κάτωθεν, ἄνωθεν δὲ ᾖ τὸ νῶτον. ὕπτιον δὲ ἔμπαλιν, ὅταν ἄνωθεν μὲν ἡ γαστὴρ, κάτωθεν δὲ τὸ νῶτον, ὧν καὶ νῦν αὐτὸς μνημονεύσας σχημάτων ἐνεδείξατο τὸν λόγον αὐτῷ περὶ τῆς χειρὸς ἐσόμενον. οὐ γὰρ δὴ τὸ ὅλον σῶμα κατεαγέναι τις ἢ ἐξηρθρηκέναι δύναται. διὰ τί δὲ ἐπὶ τὸ πρηνὲς αὐτὴν ῥέπειν ἄμεινόν ἐστιν, ὅταν γέ τις σφαλεὶς ἁμάρτῃ τοῦ εὐθέος, αὐτὸς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐδίδαξεν.*

III.

Quod fi quis in hanc vel illam partem propendeat, praeftat in pronam tendere. Levius enim pronam eam in partem peccatum eft, quam in fupinam.

Duos habitus fupinum et pronum commemoravit, qui et univerfo corpori attribuuntur; attribuuntur quoque uni ipfius parti, veluti manui. Totum igitur corpus pronum jacere dicimus, quum venter quidem inferne, dorfum vero fuperne jacet; contra vero fupinum, ubi fupine quidem venter, inferne vero dorfum; quorum habituum etiam ipfe memor orationem de brachio fe habiturum indicavit: non enim certe totum corpus ab aliquo frangi aut luxari poteft. Sed caufam cur praeftet manum ipfam in pronum quam fupinum habitum propendere, ubi quis deceptus rectum non affequatur, ipfe in fequentibus edocuit.

δ'.

Οἱ μὲν οὖν μηδὲ προβουλεύσαντες οὐδὲν ἐξαμαρτάνουσι ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσεως ἀναγκαζόμενος.

Οἱ ἰατροί, φησίν, οἱ μηδὲν προδιασκεψάμενοι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐν τῇ χειρὶ σχήματος, ὡς τὸ πολὺ βέλτιον θεραπεύουσι τῶν μοχθηρῷ λογισμῷ χρωμένων. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεῖσθαι μέλλων ἰδιώτης τὴν χεῖρα παρέχει τῷ ἰατρῷ κατὰ τὸ ἀνωδυνώτατον σχῆμα διδασκόμενος ὑπὸ τῆς φύσεως, ἣν καὶ νῦν δικαίαν ὠνόμασεν, ὡς ἂν τὸ προσῆκον, ὅπερ ἐστὶν οἰκεῖον, εὑρίσκουσαν ἑκάστῳ μορίῳ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν καὶ τὴν μετὰ ταῦτα διοίκησιν ἐν ἁπάσῃ τῇ ζωῇ. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδησόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει. τὸ ἀπορέγειν τινὲς μὲν ἤκουσαν ἐν ἴσῳ τῷ ὀρέγειν, τουτέστι παρέχειν τῷ ἰατρῷ, τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ ἀποκωλύειν τὸν ἀβελτέστερον ἰατρὸν ἐπὶ τοὐναντίον ἀπάγειν. φύσει γὰρ ἅπαντες ἄνθρωποι τὸ ἀνωδυνώτατον αἱροῦνται σχῆμα καθ' ἕκα-

IV.

Qui igitur praevio confilio nihil profpiciunt, plerumque nihil peccant. Qui namque deligatur, ipfe jufta natura coactus manum ita porrigit.

Medici, inquit, qui ante naturalem brachii habitum nihil attendunt, plerumque melius curant quam qui male ratiocinantur. Idiota enim qui alligandus eft medico brachium porrigit figuratum, quemadmodum minime laedat inftructus a natura, quam nunc juftam dixit, quippe quae generationis initio et poftea in tota vita degenda *οἰκεῖον*, id eft convenientem fingulis partibus habitum invenit. Ipfe enim qui deligabitur brachium porrigit. Vocabulum porrigit *ἀπορέγει* dixit, quod nonnulli accipiunt pro *ὀρέγει*, id eft porrigit medico; nonnulli pro *ἀποκωλύει*, hoc eft non permittit, ut medicus indoctior membrum in contrarium convertat. Omnes enim homines natura fingulas partes figurant, quemadmodum minime laedant: quem ha-

στον τῶν μορίων. αὐτὸ δὲ τοῦτο δείκνυσιν ὁ Ἱπποκράτης ἰθύτατον εἶναι. παρέχουσί τε οὖν ἑαυτοὺς οἱ κάμνοντες ἐν τούτῳ μετασχηματιζόντων τε τῶν ἰατρῶν εἰς ἕτερον ἀγανακτήσουσιν, ἀντιτείνοντές τε καὶ οὐ συνεπόμενοι διὰ τὴν ὀδύνην καὶ τοῦτό φασιν ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους δεδηλῶσθαι διὰ τοῦ ἀπορέγειν ῥήματος. ὁπότερον δ' ἂν ᾖ κεχρημένος αὐτῶν τὸ πρᾶγμα ταὐτὸν ἑκατέρως διαμένει. τῶν γὰρ ἰατρῶν ὅσοι μοχθηρῶς σοφιζόμενοι κακῶς σχηματίζουσι τὴν χεῖρα, βελτίους εἰσὶν οἱ ἰδιῶται τὸ ἀνώδυνον αἱρούμενοι σχῆμα. ἀπορέγει γὰρ οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίας φύσεως ἀναγκαζόμενος· ἔνιοι μὲν κοινὸν ἀμφοῖν εἶναι νομίζουσι, μένοντος δὲ τοῦ διδασκομένου πράγματος, ὅπως ἂν τις ἀκούῃ, τὸ ζητεῖν ἐπὶ πλέον ὑπὲρ τῶν τοιούτων περιττόν. ἄχρηστά τε γὰρ ἅμα καὶ δυνατὰ τοὐπίπαν ἐστὶν εὑρίσκεσθαι τὰ κατὰ τὰς ἀμφιβόλους λέξεις εἰρημένα, διὸ καὶ παρατρέχειν αὐτὰ χρὴ τὸν τοῦ χρόνου φειδόμενον ὡς ἐχρῆν εἰς τὰ χρήσιμα μᾶλλον ἀναλίσκειν αὐτόν.

---

bitum indicat Hippocrates effe maxime rectum. Porrigunt igitur aegri fe ipfos ita figuratos atque aegre ferunt, ubi aliter a medicis collocentur, renituntarque atque ob dolorem docenti non parent. Hoc autem volunt Hippocratem fignificaffe verbo ἀπορέγει. Sed utrovis modo acceperit, res eadem manet. Nam idiotae, quum ita brachium collocent, quemadmodum minime laedat, praeftantiores funt medicis, qui quum fibi fapientes videantur, male hoc figurant. Sunt et qui ad utrumque referant, fic a jufta natura coactus brachium porrigit. Sed quum propofita res fervetur, quomodocunque verbum id accipiatur, fupervacaneum eft in his amplius infiftere: inutilia enim funt et inventu facilia quae ambiguis verbis traduntur. Quare illi omittenda funt qui tempori parcit, quum in iis quae utilia funt id confumere magis conveniat.

ε'.

Οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθέν ἐστιν οἱ ἁμαρτάνουσιν. σπουδὴ μὲν οὖν οὐ πολλὴ χεῖρα κατεαγυῖαν χειρίσαι καὶ παντὸς δὲ ἰητροῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν.

Σοφιζομένους εἴρηκε τοὺς σοφὸν μέν τι δοκοῦντας εὑρίσκειν, ἁμαρτάνοντες δὲ καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ [159] τὰ τοῖς ἰδιώταις ἅπασι καλῶς γινωσκόμενα φυλάττοντας.

στ'.

Ἀναγκάζομαι δὲ πλείω γράφειν περὶ αὐτέου, ὅτι οἶδα ἰητροὺς σοφοὺς δόξαντας εἶναι ἀπὸ σχημάτων χειρὸς ἐν ἐπιδέσει, ἀφ' ὧν ἀμαθίας αὐτέους ἐχρῆν δοκέειν εἶναι. ἀλλὰ γὰρ πολλὰ οὕτω ταύτης τῆς τέχνης κρίνεται· τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστὸν, μᾶλλον ἐπαινέουσιν ἢ τὸ ξύνηθες, ὃ ἤδη οἴδασιν ὅτι χρηστὸν, καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἢ τὸ εὔδηλον.

V.

Qui vero medici ſapientes ſibi videntur, hi ſunt nimirum qui peccant. Arduum igitur opus non eſt, manum fractam tractare, idque cuivis prope dixerim medico proclive eſt.

Sophiſtas intelligit eos qui ſapienter aliquid ſibi inveniſſe videntur, errantes tamen atque idcirco non obſervantes quod recte omnes idiotae cognoverunt.

VI.

Verum ea de re cogor plura ſcribere, quod medicos eſſe noverim, qui in deligatione ex manus figuris ſe ſapientes eſſe duxerunt; ex quibus eosdem potius ignaros eſſe, ac aeſtimari par erat: alia enim multa hujus artis ita judicantur. Quod enim exoticum eſt nec dum conſtat utrum ſit utile, conſueto, quod jam non utile eſſe norunt, anteponunt, quodque alienum eſt magis laudant quam quod probe notum eſt.

Αὐτὸς ἐνεδείξατό σοι διὰ τῶν ἐφεξῆς ἁπάντων, ἅ ἐστιν ἀσαφῆ, διὰ τί μικρὸν ἐποιήσατο τὸν περὶ τοῦ σχήματος τῆς χειρὸς λόγον, καίτοι γε οὔτε δυσάρεστον οὔτε μακρὸν ὄντα κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. εὑρήσεις δὲ εὐθέως ἐκ τούτου καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ πάντη τεταγμένην αὐτῷ γεγονέναι τὴν διδασκαλίαν. ἀεὶ γὰρ ἕκαστος ἡμῶν περὶ τοῦ κατεπείγοντος ἁπάντων πρῶτον ποιεῖται τὸν λόγον. ἐπεὶ τοίνυν ἐγινώσκετο μὲν ὀρθῶς τοῖς κατ᾽ αὐτὸν ἰατροῖς ὡς χρὴ τὸν ἰατρὸν κατάτασιν ἡγεῖσθαι τῆς συμπάσης θεραπείας τῶν ἐξαρθρωμάτων τε καὶ καταγμάτων, ἠγνοεῖτο δὲ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμα, διὰ τοῦτο περὶ πρώτου τοῦδε τὸν λόγον ἐποιήσατο, καὶ πολύ γε μᾶλλον ἔτι διότι τὰ χείριστα τῶν σχημάτων ἔνιοι τῶν ἰατρῶν αἱρούμενοι πρὸ τοῦ βελτίστου μοχθηροῖς λόγοις ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθον. εἰ μὲν ἁπλῶς ἠγνόουν, διδασκαλίας ἂν αὐτοῖς ἀληθοῦς ἔδει· ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνον ἠγνόουν, ἀλλὰ καὶ προσειλήφεσαν οἴησιν γνώσεως, ἀναγκαῖον ἐγένετο τῷ Ἱπποκράτει πρότερον ἐκκόψαντι τήνδε καὶ καθαρὰν ἐργασαμένῳ τὴν ψυχὴν, οὕτως ἀληθῶς εἰς αὐτὴν ἐντιθέναι τὴν τῶν ἀληθῶν ἐπιστήμην.

Ipſemet tibi oſtendit in ſequentibus quae omnia obscura ſunt, cur ſermonem de figurando brachio dilatavit, quamquam locus per ſe nec difficilis eſt nec ita multa verba deſiderat, ex quo protinus cauſam invenies, quamobrem in iis quae tradidit ordinem omnino exquiſitum non ſervarit. Quisque enim prius de eo quod magis urget verba facit. Ergo quia medici ejus ſeculi pro comperto habebant ad omnem tam comminuti quam prolapſi oſſis curationem extenſione opus eſſe, ſed ignorabant quinam habitus ſecundum naturam eſſet, idcirco de hoc in primis egit. Ac multo adhuc magis, quia medici quidem optimo deterrimum habitum anteponentes, pravis rationibus eam rem ſibi ipſis atque aliis perſuadebant. Quodſi ignari omnino fuiſſent, oportebat verum ipſos docere. At quum non ſolum ignari eſſent, ſed etiam cognitionem ſibi vindicarent, neceſſe fuit Hippocratem id primo convellere, deinde animum jam purum vera ſcientia inſtruere.

ζ'.

Ῥητέον οὖν ὁκόσας ἐθέλω τῶν ἁμαρτάδων τῶν ἰητρῶν τὰς μὲν ἀποδιδάξαι, τὰς δὲ διδάξαι περὶ τῆς φύσεως τῆς χειρός.

Ἀποδιδάξαι μὲν θέλει τὰς μὴ νομιζομένας τοῖς ἰατροῖς ἁμαρτίας εἶναι, κατ' ἀλήθειαν δ' οὔσας, διδάξαι δὲ τὰς νομιζομένας μὲν εἶναι, μὴ οὔσας δέ.

η'.

Καὶ γὰρ ἄλλων ὀστέων τῶν κατὰ τὸ σῶμα δίδαγμα ὅδε ὁ λόγος ἐστίν.

Εἰκότως φησὶ κοινὸν εἶναι πολλῶν καὶ ἄλλων ὀστέων τῆς ἰάσεως δηλονότι τὸν λόγον τοῦτον. οἱ γὰρ σκοποὶ πρὸς οὓς ἀποβλέποντας εὑρίσκειν χρὴ τὸ κατὰ φύσιν ἐν ἑκάστῳ σχήματι κοινοὶ πάντων εἰσὶν, ὡς εἴρηται πρόσθεν ὑφ' ἡμῶν, [160] δύο ὄντες, ὅ τε τῆς ἀνωδυνίας καὶ ὁ τῆς εὐθύτητος. εὑρίσκεται δὲ ὁ μὲν τῆς ἀνωδυνίας ἐκ τῆς πείρας, ὁ δὲ

VII.

Pronunciandum igitur quinam medicorum errores de manus natura tum docere tum dedocere velim.

Dedocere quidem vult eos errores quos medici revera non eſſe ſtatuant, eos vero docere quos eſſe arbitrantur, qui tamen non ſunt.

VIII.

Etenim aliorum quoque corporis oſſium doctrinam haec complectitur oratio.

Jure pronunciat hanc orationem multorum ac ceterorum oſſium curationi nimirum communem eſſe. Scopi namque ad quos qui ſpectant, eos invenire oportet naturalem uniuscujusque partis figuram, communes ſunt omnibus, qui duo ſunt, doloris vacuitas et rectitudo. Illa

Ed. Chart. XII. [160.] Ed. Baf. V. (527. 528.)
τῆς εὐθύτητος ἐκ τῆς θέσεως τῶν μερῶν, ἣν ἐξ ἀνατομῆς διδασκόμεθα.

θ'.

Τὴν μὲν οὖν χεῖρα, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἐδόκεέ τις καταδῆσαι καταπρηνέα ποιήσας, ὁ δ' ἠνάγκαζεν οὕτως ἔχειν ὥσπερ οἱ τοξεύοντες, ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλλωσι, καὶ οὕτως (528) ἔχουσαν ἐπέδει, νομίζων ἑωυτῷ εἶναι τοῦτο αὐτέῃ τὸ κατὰ φύσιν καὶ μαρτύριον ἐπήγετο τά τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν τῷ πήχει, ὅτι ἰθυωρίην κατ' ἄλληλα εἶχε τήν τε ὁμόχροιαν, ὅτι αὐτὴ καθ' ἑωυτὴν τὴν ἰθυωρίην ἔχει. οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἔξωθεν μέρεος καὶ ἐκ τοῦ ἔσωθεν. οὕτω δὲ ἔφη καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα πεφυκέναι καὶ τὴν τοξικὴν ἐπήγετο μαρτύριον, ταῦτα λέγων καὶ ταῦτα ποιέων σοφὸς ἐδόκεεν εἶναι. τῶν δὲ ἄλλων τεχνέων ἐπελελήθη καὶ ὁκόσα ἰσχύϊ ἐργάζονται καὶ ὁκόσα τεχνήμασιν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἄλλο ἐν ἄλλῳ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμά ἐστι καὶ

quidem doloris vacuitas experimento, haec vero rectitudo ex partium pofitura invenitur, quam ex anatome difcimus.

IX.

Ergo manum, de qua nobis fermo, quidam in pronum devincire augurabatur. Hic autem coëgit manum ftatui fagittariorum habitu, quum fagitta ferientes humerum conjiciunt, atque ita habentem devinxit, hunc effe ratus naturalem ejus habitum. Cujus rei teftimonium adftruebant tum cubiti offa omnia, quod inter fe rectitudinem haberent, tum partium aequabilitatem, quod ipfa per fe eandem directionem prae fe ferret, idque tam exterioribus quam interioribus partibus. Ita quoque et carnes et nervos a natura productos effe dicebat. Sagittariam quoque artem in teftimonium addúcebat. His tum dictis tum factis fapiens effe fibi videbatur. Ceterarum vero artium oblitus erat, quae et robore virium aut artificio opus fuum moliuntur, nefcius alium in alio effe habitum

ἐν τῷ αὐτέῳ ἔργῳ ἕτερα τῆς δεξιῆς χειρὸς σχήματα κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ ἕτερα τῆς ἀριστερῆς, ἢν οὕτω τύχῃ. ἄλλο μὲν γὰρ σχῆμα ἐν ἀκοντισμῷ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ ἐν σφενδόνησιν, ἄλλο δὲ ἐν λιθοβολίησιν, ἄλλο ἐν πυγμῇ, ἄλλο ἐν τῷ ἐλιννύειν. ὁκόσας δ' ἄν τις τέχνας εὕροι, ἐν ῇσιν οὐ τὸ αὐτὸ σχῆμα τῶν χειρέων κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν τεχνέων, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄρμενον, ὅ ἂν ἔχῃ ἕκαστος, καὶ πρὸς τὸ ἔργον, ὃ ἂν ἐπιτελέσασθαι θέλῃ, σχηματίζονται αἱ χεῖρες. τοξικὴν δὲ ἀσκέοντι, εἰκὸς τοῦτο τὸ σχῆμα κράτιστον εἶναι τῆς ἑτέρης χειρός.

Χρὴ καὶ τῶν τοιούτων ἅπαξ που μνημονεῦσαι, καὶ ἡμῖν οὕτως πραχθήσεται. τῶν δοξοσόφων δέ τις ἰατρῶν ἐπανορθώμενος ὡς ᾤετο τὴν προκειμένην λέξιν, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔχουσαν ἔγραψεν ὧδε· τὴν οὖν χεῖρα, περὶ ἧς ὁ λόγος, ἐνδεικνύμενος ἡμῖν δηλονότι τὴν ἑαυτοῦ παιδείαν, ἣν ἐπαιδεύετο παρὰ γραμματικοῖς τε καὶ ῥήτορσιν, ὡς ἀγνοεῖν τὸ

secundum naturam. Quin et in eodem opere, si sors ita tulerit, alias esse dextrae manus figuras secundum naturam, alias sinistrae. Alius enim est habitus secundum naturam in jaculatione, alius in funditoris jactu, alius in lapidatione, alius in pugillatu, alius in quiete. Quascunque vero artes quis investigaverit, in iis non eadem secundum naturam manuum figura est. Sed in unaquaque arte et ad idoneum instrumentum quod habet quisque et ad opus quod perficere intendit manuum figurae accommodantur.

De his quoque semel aliquando meminisse oportet, quam rem nos minime praeteribimus. Quidam ex iis medicis qui sapientes habentur praeposita verba ergo brachium de quo sermo tanquam mendosa jure suo corrigens Graece ita scripsit, *τὴν οὖν χεῖρα περὶ ἧς ὁ λόγος ἦν*, adjecto verbo *ἦν*, hoc est *erat*, suo animo ostentans disciplinam qua fuerat a grammaticis rhetoribusque eruditus,

συνηθέστατον εἶδος τῆς ἑρμηνείας, ἅπασι τοῖς παλαιοῖς ἐλλειπτικῶς δηλονότι γιγνόμενόν ἐστι τὸ πλῆρες, ὃ δεῖ προσυπακούειν ἡμᾶς τοιόνδε. τὴν οὖν χεῖρα, περὶ ἧς ὁ λόγος, ἣν ἔδωκέ τις καταδῆσαι πρηνέα ποιήσας· ὡς τὸ πολὺ μὲν ἐν τῷ προσήκοντι σχήματι τὴν χεῖρα παρέχουσι τοῖς ἰατροῖς οἱ ἰδιῶται, τινὲς δὲ αὐτῶν ὑπὸ περιεργίας τὸν μὲν φυσικὸν σκοπὸν ὑπερβαίνουσιν, ὅστις ἦν τὸ ἀνώδυνον, πρηνὲς τοῦτο εἶναι νομίζοντες βέλτιον. οὐ μὴν ὑπτίαν γέ τις ἰδιώτης ἰατρῷ παρέχει τὴν χεῖρα, πάνυ γὰρ ἀποκεχώρηκε τοῦ ἀνωδύνου τοῦτο τὸ σχῆμα. τῶν ἰατρῶν δ' ἔνιοι δι' ἀμαθίαν ἅμα καὶ δοξοσοφίαν προσίενταί ποτ' αὐτὸ καὶ διὰ τοῦτο παραπλησίως τοῖς τοξεύουσι τὴν ὅλην χεῖρα σχηματίζονται, οἱ μὲν ἀκρι- [161] βῶς ὑπτίαν, οἱ δὲ ὀλίγου δεῖν οὕτως ἔχουσαν. ἐπεὶ δ' οὖν ἁμαρτάνοντες οὐ κατὰ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀποτεταμένην οὐδ' ἣν λογισμὸς αὐτῶν ἦν ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψε τοιῶσδε. τῶν σχηματισάντων ὅλην τὴν χεῖρα παραπλησίως τοῖς τοξεύουσι τὰ ὀστᾶ κατ' εὐθὺ

ita ut ignoret modum praecife loquendi omnibus antiquis ufitatum. Erit autem plena oratio, fi perficiatur hoc modo, ergo brachium, de quo fermo erat, quidam vinciendum dedit pronum. Idiotae plerumque medicis brachium porrigunt convenienter figuratum, fed horum quidam nimium curiofi recedentes ab eo quod naturaliter propofitum effe debet, id autem fuit doloris carentia, pronum habitum eligunt, utpote quem commodiorem exiftiment. Nullus tamen idiota medico brachium porrigit refupinatum: multum enim abeft hic habitus ab eo qui minime laedit. Quem aliqui medici et ob infcitiam et ut fapientes videantur, interdum non admittunt, atque ea de caufa fagittariorum exemplo brachium univerfum collocant, quidam penitus refupinatum, quidam non multum ab hujusmodi habitu recedens. Peccant igitur non modo in hanc partem, fed quod extentum figurent. Quos Hippocrates prodidit ea ratione moveri, quod ubi totum brachium fagittariorum exemplo figuretur, offa diriguntur et totius

γίγνεται καὶ ὁμόχροια τῶν τῆς ὅλης χειρὸς μελῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πιθανώτατά ἐστι καὶ ἀπ᾽ ἀλλήλων ἐρχόμενα, τὸ δὲ καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα τοῖς ὀστοῖς ὡσαύτως ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τὴν κατ᾽ εὐθὺ θέσιν ἅπασι τοῖς ἑαυτῶν μέρεσι φυλάττειν οὐκέτ᾽ ἀληθές. εἰ δέ γ᾽ ἦν οὕτως ἀληθὲς οὐκ ἀπίθανον ἂν ἦ μόνον, ἀλλὰ καὶ βεβαιότατον γνώρισμα τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι τὸ τοιοῦτον σχῆμα. ταῦτα μὲν οὖν ἀνεκτὰ ἔτι· τὴν δὲ τοξικὴν ἐπάγεσθαι μαρτύριον ἀνόητον ἐσχάτως ἐστὶ καὶ βέλτιον ἦν μηδ᾽ ὅλως αὐτὸ λελέχθαι πρὸς Ἱπποκράτους ἢ μετὰ σπουδῆς ἐλελέγχθαι. τὰ γὰρ ἐσχάτως ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι προσήκει. τόν γε διὰ τῶν γραμμάτων ἔλεγχον, ὡς τόν γε κατὰ τὸν βίον, ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων οὐδ᾽ ἐγὼ κωλύω γίγνεσθαι, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ὁ τὰ τοιαῦτα φλυαρῶν πείσῃ τοὺς ἀκούοντας ἑαυτῷ τὴν θεραπείαν ἐπιγράψαι τοῦ κάμνοντος. συμβαίνει γε μὴν ἀντιλέγειν ἡμῖν ἐνίοτε καὶ διὰ γραμμάτων ἠλιθίαις δόξαις, ὅταν πολλοὺς ἴδωμεν ὡς ἀληθέσιν αὐταῖς πεπεισμένους, ὅπερ καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης

brachii ſuperjectae cutis partes aequantur. Sed haec valde probabilia ſunt et ſe viciſſim conſequuntur. Illud revera non ſic habet, carnem et nervos eo habitu perinde atque oſſa in recto ſitu omnibus partibus ſervari: quodſi ita res haberet, non modo probabiliter, ſed firmiſſime demonſtrarent hujusmodi habitum naturalem eſſe. Verum haec tolerabilia ſunt; transferre autem huc ſagittariorum exemplum exiſtimari debet prorſus fatuum ſatiusque fuit eos ab Hippocrate nullo modo commemorari quam acerrime refelli. Nam quae prorſus ſtulta ſunt deridenda magis ſunt quam a ſcriptoribus confutanda; non tamen prohibeo quo minus, dum viventes agunt, redarguantur, ac praeſertim ubi qui haec nugatur audientibus perſuadet, ut ſibi hominis curationem committant. Fit etiam interdum ut nos quoque in ſcribendo ſtultis opinionibus contradicamus, ubi multos videmus illis credere quaſi verae ſint, quod nunc accidit Hippocrati qui nihil eſſe commune

dem retrorſum, hi vero in latera dearticulationem dilatant: poſt hos ipſos quoque duo alii ſunt, haud prius apparentes, quam guttur ſit apertum, qui ei quidem cartilagini, quae ſcutiformem cartilaginem perpetuo cum arytaenoide conjungunt, reliqua vero, quae innominata dicitur, non perpetuo. Actionem hi muſculi habent praedictis quatuor oppoſitam. Eſt praeterea circa tertiae cartilaginis baſin muſculus unus biſidus vel duo connati vel quomodocunque nominare volueris, qui non in omnibus, ſed in aliquibus inſunt animalibus, cartilaginem cogentes, gutturque claudentes. Sane anatomici in plerisque praedictorum muſculorum errarunt.

De muſculis, qui ſunt in ſumma manu.

Duo ſunt muſculorum genera in internis ſummae manus partibus, parvi quidem neceſſario omnes, inter ſe

δὲ οὐκ ὀλίγον διαφέροντες, τά τε ἄλλα καὶ κατὰ τὸ μέγεθος. πέντε μὲν οὖν εἰσιν οἱ[1] τῶν λοξῶν κινήσεων ἐπὶ τὸ ἔσω τε καὶ ἄνω κινοῦντες τοὺς δακτύλους, εἷς καθ' ἕκαστον. ἕκτος δὲ ὁ τὸν ἀντίχειρα καλούμενον[2] τὸν μέγαν προσάγων τῷ λιχανῷ. ὁ δὲ ἕβδομος ἀπάγει μέχρι πλείστου τὸν μικρὸν δάκτυλον ἀπὸ τῶν ἄλλων. τῶν μὲν οὖν ἐπὶ τὰ ἄνω καὶ ἔσω ὅλους τοὺς δακτύλους ἐκκλινόντων οἱ τέσσαρες μὲν ἐκ τῶν περιεχόντων ἀμφιεσμάτων τοὺς τένοντας, οἳ τὸ πρῶτόν τε καὶ τρίτον ἄρθρον ἐλέχθησαν κάμπτειν ἀρχόμενοι, τελευτῶσιν εἰς λεπτὸν τένοντα μετρίως στρογγύλον ὅλῳ τῷ πλαγίῳ μέρει καθ' ἕκαστον δάκτυλον παραπεφυκότες, δι' οὗ δὴ κινοῦσιν αὐτοὺς τὴν εἰρημένην κίνησιν. ὁ δὲ πέμπτος ὁ τὸν μέγαν δάκτυλον ἀπάγων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ λιχανοῦ τὴν κεφαλὴν ἀνηρτημένην ἔχων πρὸς τὸ πρῶτον ὀστοῦν τοῦ καρποῦ. τελευτήσας δὲ εἰς τένοντα ὁμοίως καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις λεπτὸν ὁμοίως καταφύεται τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ καὶ τὴν αὐτὴν ἐργάζεται κίνησιν. ὁ δὲ προσάγων αὐτὸν τῷ

1. In marg. τὰ τῶν. 2. Hoc verbum e margine additum.

tamen non parum tum in aliis tum in magnitudine discrepantes. Quinque ergo sunt, qui oblique introrsum sursumque digitos movent, singuli singulis distributi. Sextus magnum digitum, quem etiam anticheira appellant, indici adducit. Septimus parvum digitum a reliquis longissime abducit. Horum igitur musculorum, qui sursum introrsumque totos digitos inclinant, quatuor quidem ab indumentis eos tendines ambientibus, qui primum tertiumque articulum flectere dicebantur, incipientes, in tenuem tendinem mediocriter teretem finiunt, toti transversae seu laterali parti secundum unumquemque digitum inserti, propter quod praedicto motu eos movent. Quintus vero, qui magnum digitum longissime ab indice abducit, caput habet primo carpi ossi appensum: qui musculus postquam in tendinem aeque ac alios tenuem finierit, magno itidem digito inseritur, eandemque motionem molitur. Qui vero

λιχανῷ τὴν ἐναντίαν ἔχων κίνησιν, τῷ[1] δὲ λοξῷ ἴσως ἕλκει τὸν δάκτυλον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἀνηρτημένην. εἰς τὸ πρὸ τοῦ μέσου δακτύλου μετακάρπιον. ὁμογενῆ δὲ τούτῳ κίνησιν ἔχει μῦς ἄλλος, ἐκφυόμενος μὲν ἐκ τοῦ πρώτου τῶν κατὰ τὸν καρπὸν ὀστῶν τοῦ ταπεινοῦ τὴν θέσιν, καταφυόμενος δὲ εἰς τὰ κάτω τοῦ μικροῦ δακτύλου κατὰ φύσιν ἐσχηματισμένης δηλονότι τῆς χειρὸς ἀπάγων αὐτὸν ἐπὶ πλεῖστον τοῦ παραμέσου· καὶ τοίνυν εἰκότως οὕτως καὶ τὸν μέγιστον ἀπάγων τοῦ λιχανοῦ μείζονές εἰσι πολὺ τῶν ἄλλων πέντε μυῶν ἀνηρτῆσθαι δεηθέντες εἰς τὸν καρπὸν ἕνεκεν τῆς ἐπὶ πολὺ κινήσεως. ἀρθέντων δ' αὐτῶν ἅμα τοῖς τένουσιν ἄλλοι μύες ἐν τῷ μετακαρπίῳ κείμενοι φανοῦνταί σοι τοῖς τε ἀνατομικοῖς ἀγνοηθέντες ἅπασι, κἀμοὶ δὲ μέχρι πολλοῦ, τὴν δ' ἔκφυσιν ἔχοντες ἐκ τοῦ περιλαμβάνοντος συνδέσμου τὰ κατὰ τὸν καρπὸν ὀστᾶ· κατ' ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος ἔνθα παύεται μὲν ὁ καρπὸς, ἄρχεται δὲ τὸ μετακάρπιον. ἐντεῦθεν δ' ὁρμώμενοι πρὸς τὴν πρώτην διάρθρωσιν ἥκουσιν

1. In marg. A. 53. 26.

hunc ipſum indici adducit, contrarium huic obliquo motum obtinens, ex aequo trahit digitum in ſuum ipſius caput, in metacarpum, qui ante medium digitum eſt, inſeritur. Similem autem huic motionem habet alius muſculus, qui a primo carpi oſſe, quod poſitura humile eſt, exoriens, in imas partes parvi digiti inſeritur, manu nimirum ſecundum naturam figurata ipſum abducens maximopere a parameſo ſ. digito annulari. Jure igitur muſculus iſte et qui maximum ab indice abducit, aliis quinque muſculis multo ſunt minores, quippe quibus in brachiale appendi, quo longior motus fiat, opus ſit. Quibus una cum tendinibus ablatis alii muſculi in poſtbrachiali poſiti in conſpectum venient, omnibus certe diſſectionis profeſſoribus mihique etiam diutius ignorati, qui a ligamento oſſa brachialis circumprehendente ſecundum eam praecipue partem, ubi et brachiale deſinit et poſtbrachiale incipit, exortum ſumentes, in primam cujuscunque digiti dearticu-

ἑκάστου δακτύλου δύο καθ' ἕκαστον ὄντες, ἐμφυόμενοί τε τῆς μέσης χώρας ἑκατέρωθεν, ὡς ἐπιλαμβάνειν τι καὶ τοῦ πλαγίου· καὶ διὰ τοῦτό γε αὐτὸ μετὰ παρεγκλίσεως τῆς εἰς τὸ πλάγιον ἑκάστου τῶν δακτύλων κάμπτουσι τὸ πρῶτον ἄρθρον, ὃ καὶ διὰ τοῦ περιέχοντος συνδέσμου τοὺς μεγάλους τένοντας ἔφην κάμπτεσθαι. κατὰ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον [1] οὐκ ἴσος γ' ἐστὶν ὁ τῶν εἰρημένων μυῶν ἀριθμὸς τοῦ τὸν μέγαν δάκτυλον ἐπὶ πλεῖστον ἀπάγοντος τῶν ἄλλων· εἷς μὲν γάρ ἐστι μακρότερος [2] καὶ καταφύεται τῷ δακτύλῳ, πλησίον τῆς δευτέρας διαρθρώσεως, οὐ πάνυ μὲν ἐκείνην σαφῶς κινῶν, τὴν πρώτην δὲ μᾶλλον. οἱ δ' ἐφεξῆς αὐτοῦ δύο τὴν δευτέραν κάμπτουσι διάρθρωσιν, ὁ μὲν τοῦ προειρημένου τοῦ μείζονος ψαύων [3] ἄνω ῥέπειν τὴν καμπτὴν ποιούμενος, ὁ δὲ μετ' αὐτὸν ἐκκλίνων ἀτρέμα εἰς τὸ πλάγιον. ἁπάντων δὲ τῶν εἰρημένων ἕνδεκα μυῶν τῶνδέ κοινόν ἐστιν ἔργον

1) Locus hic in cod. msto. sic legitur: κατὰ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον (οὔτ' ὁμοία κατὰ πῦν ἐστιν ἡ τῶν εἰρημένων μυῶν, τοῦ τὸν μέγαν δάκτυλον ἐπὶ πλεῖστον ἀπάγοντος τῶν ἄλλων). In margine autem additum est: οὐκ ἴσος γ' ἐστὶν ἀριθμὸς, εἷ μὲν γάρ. 2) In cod. μικρότερος. Intelligitur autem flexor pollicis longus. 3) Corr. in marg. ψαύων ἀῤῥεπῆ τὴν καμπτὴν.

lationem accedunt, bini singulis dicati digitis atque utrobique in mediam regionem inserti, ut lateris etiam aliquid complectantur: ob idque ipsum cum quadam in latus inclinatione primum uniuscujusque digiti articulum flectunt, quem etiam articulum per ligamentum magnos tendines circumplectens flecti dicebamus. In magno vero digito non similis ex toto est ipse praedictorum musculorum numerus eo, qui magnum digitum longissime ab aliis abducunt: unus enim longior est, inseriturque digito prope secundam dearticulationem, non omnino manifeste illam movens, sed magis primam. Reliqui vero deinceps secundam dearticulationem flectunt: alter quidem praedictum majorem tangens, sursumque vergere flexionem faciens: alter post hunc leniter in latus inclinans. Omnium autem praedictorum undecim musculorum munus atque offi-

τὴν πρὸς τὸν καρπὸν συνάρθρωσιν[1] ἑκάστου τῶν κατὰ[2] τὸ μετακάρπιον ὀστῶν κάμπτειν τοσοῦτον, ὅσον ἑκάστη πέφυκε κάμπτεσθαι. βραχύτατον δὲ τοῦτό ἐστι· συνήρθρωται γὰρ ἀλλήλοις τὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ὀστᾶ, καὶ οὐ καθάπερ τὰ τῶν δακτύλων διήρθρωται· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἡ τοῦ μεγάλου δακτύλου διάρθρωσις πρώτη ἐναργῆ τὴν κίνησιν ἔχειν. λεληθυῖαν δὲ καὶ τελέως ἀμυδρὰν ἡ τῶν τοῦ μετακάρπου πρὸς τὸν καρπὸν, ἐνίοτε μέντοι κατὰ τὸν μέγαν δάκτυλον οἱ δύο μόνοι φαίνονται μύες, ὁμοίως ἔχοντες τοῖς ἐπὶ τῶν ἄλλων. κἀκεῖνοι δὲ πολλάκις ἀλλήλοις δέ οὕτως εἰσὶ συμφυεῖς, ὡς ἕνα φαίνεσθαι καθ᾽ ἕκαστον δάκτυλον.

Περὶ τῶν ὑπὸ ταῖς κλεισὶ μυῶν.

Ὑφ᾽ ἑκατέρᾳ κλειδὶ μῦς ὑπόκειται μηδὲ φανῆναι σαφῶς δυνάμενος πρὶν ἀρθῆναι τὴν κλεῖν. ἔστι δὲ σαρκώδης ὅλος ἑκάτερος αὐτῶν, εἰς ὀστᾶ δύο τὴν κεφαλὴν κατὰ φύσιν ἔχων· τήν τε κλεῖν αὐτὴν καὶ τὴν πρώτην τοῦ θώρακος

1. In marg. ἐνάρθρωσιν. 2. Corr. μετά.

cium eſt, ut coarticulationem, quae ab unoquoque poſtbrachialis oſſe cum brachiali eſt, eo uſque flectant, quouſque ea flecti apta eſt. Breviſſimum autem hoc eſt. Nam quae in hoc loco ſita ſunt oſſa, mutuo ſibi ipſis ſunt coarticulata, non quemadmodum digitorum oſſa, dearticulata. Quapropter et prima magni digiti articulatio, evidentem certe habet motum, quae vero eſt ipſius poſtbrachialis cum brachiali, latentem penitusque obſcurum obtinet. Sane nonnunquam in magno digito duo ſoli muſculi apparent, qui ſimili modo, quo ceterorum muſculorum muſculi, ſe habent, illique etiam ſaepenumero ita inter ſe ſunt coaliti, ut unus in unoquoque digito eſſe videatur.

De muſculis qui ſub claviculis poſiti ſunt.

Sub unaquaque clavicula poſitus eſt muſculus, qui clare non conſpici poteſt prius quam clavicula ablata fuerit. Eſt autem latus carnoſus uterque ipſorum, in oſſa duo ſertionem ſecundum naturam moliens, in ipſam nimirum

πλευρὰν τὴν μικρὰν, ἣν ἔνιοι κατακλεῖδα προσαγορεύουσι. τῇ μὲν οὖν κλειδὶ συμπέφυκε κατὰ τὰ πρὸς ἀκρώμιον ἀναφερόμενα μέρη, τὸ δὲ τῆς πλευρᾶς, ἵνα καὶ ὅπου συναρθροῦται τῷ στέρνῳ. περὶ τούτων τῶν μυῶν τῆς ἐνεργείας ἔνιοι μὲν ἀποροῦσι τῶν ἀνατομικῶν, ἔνιοι δὲ τὴν ὠμοπλάτην οἴονται προσαγορεύεσθαι[1], καθάπερ ὁ Λύκος ἐπί τε τῶν ἄλλων ζώων ὅσα κλεῖς οὐκ ἔχει· καὶ γὰρ καὶ νομίζει συμφύεσθαι τοὺς μῦς τῇ ἀγκυροειδεῖ τῆς ὠμοπλάτης ἀποφύσει μέγιστα σφαλλόμενος. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κλεῖς ἐχόντων ζώων οὐδὲ τοῦτο δυνάμενος εἰπεῖν, τὴν ὡς συνδέσμου χρείαν αὐτοῖς ἀνατίθησιν· οὐ μὴν οὕτω γε ἔχει τὸ ἀληθὲς, ἀλλὰ καὶ οὗτοι οἱ μύες ὁμοίαν τοῖς μεσοπλευρίοις ὀνομαζομένοις μυσὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχουσιν. ὥσπερ γὰρ ἐκείνων ἕκαστος ταῖς ἔξωθεν ἰσὶ πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν πλευρὰν ἀνασπᾷ τὴν ταπεινοτέραν, οὕτω καὶ οἵδε πρὸς τὴν κλεῖν ἀνέλκουσι τὴν πρώτην πλευράν.

1) Post *existimant* in versione stellulis duabus indicatur, deesse aliquid. Cod. autem hanc lacunam explevit verbo προσαγορεύεσθαι.

claviculam et primam thoracis costam parvam, quam nonnulli subclaviculam appellant. Claviculae igitur in illis connatus est partibus, quae ad acromium adscendunt: ipsi vero primae costae coalitus est, qua ipsa cum pectoris osse coarticulatur. De horum igitur musculorum actione dubitant quidam anatomicorum, nonnulli vero scapulam existimant * * veluti Lycus in aliis etiam animalibus, quaecunque claviculas non habent. Nam hos musculos cum eo scapularum processu, qui anchoraeformis dicitur, coalescere censet, maxime profecto aberrans. In hominibus vero caeterisque animalibus claviculas habentibus cum hoc dicere non posset, tanquam ligamenti usum ipsis tribuit. Haud ita tamen se habet rei veritas, quin potius musculi hi eandem, quam intercostales musculi, habent utilitatem. Siculi enim eorum quilibet suis ipsorum fibris extrinsecis humiliorem costam ad superiorem attrahit, ita etiam hi primam costam ad claviculam attollunt.

Περὶ τῶν ἰδίων τοῦ λαμβδοειδοῦς ὀστοῦ μυῶν, ὅπερ καὶ υἱοειδὲς ὀνομάζεται.

Τὸ ἐπικείμενον ὀστοῦν τῇ κεφαλῇ τοῦ λάρυγγος ἔνιοι υἱοειδὲς, ἔνιοι δὲ λαμβδοειδὲς ὀνομάζουσιν. ἔστι δὲ ἡ μὲν εὐθεῖα τῶν γραμμῶν αὐτοῦ κατὰ τὸ μῆκος τεταγμένη τοῦ τραχήλου ὀστοῦν ἀτρέμα πλατύ. τέτταρες δὲ αἱ λοιπαὶ λοξαὶ κατὰ δύο συζυγίας ἀποφυόμεναι τοῦ προειμένους[1] ἐκ μὲν τῶν ἄνω μερῶν ἡ ἑτέρα συζυγία λεπτῶν τε καὶ ἰσχνῶν, ὡς γραφείου περάτων, ἡ λοιπὴ δὲ ἐκ τῶν κάτω μερῶν μετρίως πλατέων. ἄλλαι μὲν ἰσχναὶ δύο πλευραὶ διὰ συνδέσμων στρογγύλων καὶ λεπτῶν τοῖς πέρασι τῶν βελονοειδῶν ἐκφύσεων συνδοῦνται. τὰς δὲ λοιπὰς δύο τὰς κάτω συνάπτουσιν ἰσχυρῶς δεσμοὶ παρὰ τὸ ἀρυταινοειδῆ χόνδρον· καὶ μὴν καὶ δύο μύες πλατεῖς τῇ κάτω γέννι συνάπτουσι τὸ υἱοειδὲς ὀστοῦν. ἐκ μὲν τῶν πλαγίων μερῶν τῆς εὐθείας αὐτῶν[2] γραμμῆς ἐκφυόμενοι, καταφυόμενοι δὲ εἰς τὰ πλά-

1. Sic legitur in cod. ms. 2. Corr. in marg. αὐτοῦ.

De musculis propriis ossis lambdoidis, quod et hyoides (s. hypsiloides) vocatur.

Os capiti gutturis incumbens nonnulli quidem hyoides, nonnulli lamdoides nominant. Est autem recta hujus ossis linea secundum colli longitudinem extensa, os leniter latum, quatuor vero reliquae lineae obliquae sunt et a praedicto lato osse secundum duas conjugationes exoriuntur: a superioribus quidem partibus altera conjugatio, quae tenuium graciliumque est, veluti sunt scriptorii extrema: ab inferioribus vero altera, quae est mediocriter latorum. Verum graciles duae costae per ligamenta teretia ac tenuia extremitatibus eorum processuum, quos ab acus et scriptorii et styli imagine acuformes nominant, colliguntur. Reliquas vero duas inferiores duo vincula valide cum cartilagine arytaenoide copulant. Et sane duo etiam musculi lati os hyoides inferiori maxillae conjungunt, ex transversis rectae lineae ipsius ossis hyoidis partibus enati, atque in transversas et jam inferioris maxillae partes post

για μέρη τῆς γένυος μετὰ τὴν τῶν ἰδίων αὐτῆς μυῶν ἔκφυσιν, ἄλλοι δὲ δύο μύες ἐπ᾽ ἄκραν ἥκουσι τὴν γένυν ἀλλήλοις ἐπιζευγνύμενοι. ἀρχὴ δὲ αὐτῶν ἐστι τὸ ἄνω πέρας τῆς εὐθείας γραμμῆς τοῦ λαμβδοειδοῦς. ἕτεροι δὲ δύο μύες ἐκ μὲν τῆς ῥίζης ἄρχονται τοῦ γραφοειδοῦς, ἐμπεφύκασι δὲ ταῖς ὀρθαῖς γραμμαῖς τοῦ λαμβδοειδοῦς τῷ κάτω πέρατι καθ᾽ ἑκάτερον μέρος εἷς· αὗται μὲν αἱ τρεῖς συζυγίαι τῶν μυῶν αὐτοῦ μόνου τοῦ λαμβδοειδοῦς εἰσιν ἴδιαι, βραχείας τινὰς αὐτῷ διδοῦσαι κινήσεις· ἡ μὲν ἀπὸ τῆς βάσεως τῶν βελονοειδῶν ἀρχομένη πρὸς τὴν ὀπίσω χώραν ἀπάγουσα. αἱ λοιπαὶ δὲ ἐπὶ τὰ πλάγια τῆς γένυος διορίζουσαι καὶ πρὸς τὴν γένυν ἀνατείνουσαι, οἱ δὲ ἄλλοι μύες οἱ ἀπὸ τοῦ ὑοειδοῦς ὀστοῦ πεφυκότες ἑτέρων ἕνεκεν γεγόνασι μορίων μᾶλλον. οἱ μὲν εἰς ὠμοπλάτας ὑπὲρ τοῦ κινεῖν ἐκείνας, ὡς ἔμπροσθεν εἶπον, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν γλῶσσαν, ὡς καὶ περὶ ταύτης εἰρήσεται. καὶ λοιπὸς ἐπ᾽ αὐτοῖς ὁ κατὰ τῆς φάρυγγος ἔξωθεν ἐπιβεβλημένος, εἴθ᾽ ἕνα τις αὐτὸν ἐθέλει προσαγορεύειν διφυῆ εἴτε δύο παραφυομένους ἀλλήλοις, ὅπερ ἀμει-

musculorum ipsi maxillae propriorum exortum inserti. Alii vero musculi in extremam maxillam mutuo inter se colligati veniunt. Horum principium est superior terminus rectae lineae ipsius lambdoidis ossis. Alii autem duo musculi a radice ossis styloidis incipiunt, atque in rectas lambdoidis ossis lineas inferno termino utrinque unus inferuntur. Haec quidem tria musculorum paria ipsius ossis lambdoidis propriae sunt, brevibus quidem motionibus ipsum moventes. Atque una quidem a basi processus styloidis incipit, in posteriorem regionem id abducens: reliquae duae in maxillae inferioris latera adscendunt atque ad ipsam maxillam sursum id attrahunt. Ceteri vero musculi ab osse hyoide exortum obtinentes, aliarum particularum causa facti fuerunt. Hi quidem in scapulas, ut eas moverent, quemadmodum superius diximus: alii in linguam, ut de ipsa quoque dicetur; et ultra hos reliquus faucibus extrinsecus insidet, sive quis ipsum unicum, sed bifidum appellare velit sive duos mutuo sibi adnatos,

νον εἶναί μοι δοκεῖ. προστέλλουσι δὲ οὗτοι τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν καὶ τὸ λαμβδοειδὲς ἀντισπῶσι κάτω.

Περὶ τῶν τὴν γλῶσσαν κινούντων μυῶν.

Ὡς μὲν ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Πέλοψ ἐν γλώττης ἀνατομῇ γράφει, μύες ἓξ καὶ δέκα βοείας εἰσὶ γλώττης, ἡμῖν δὲ νῦν, ὡς ἐν ἀρχῇ προείρηται, γυμνασθῆναι πρόκειται περὶ πιθήκων εἰς σῶμα διὰ τὴν πρὸς ἄνθρωπον ὁμοιότητα. τῶν τοίνυν κινούντων τὴν γλῶσσαν μυῶν οἱ δύο μὲν ἀπὸ τῶν βάσεων τῶν βελονοειδῶν ἐκφύσεων[1] ἀρξάμενοι, στενοὶ καὶ μακροὶ προήκοντες εἰς τὰ πλάγια μέρη τῆς γλώττης ἑκατέρωθεν εἲς ἐμφύονται, λοξῶν κινήσεων ἐξηγούμενοι, οἱ δὲ ὑπόλοιποι πάντες ἐκφυόνται μὲν ἐκ τοῦ περιέχοντος ὀστοῦ τὴν κεφαλὴν τοῦ λάρυγγος, ὃ καλοῦμεν ὑοειδές τε καὶ λαμβδοειδὲς, ἐμβάλλουσι δὲ εἰς τὴν γλῶσσαν οἱ τέσσαρες μὲν κατὰ δύο συζυγίας ἐναργῶς κινοῦντες αὐτὴν, ὁ πέμπτος δὲ ὁ διφυὴς ἐκ τοῦ ἄνωθεν πέρατος ἀρχόμενος τῆς εὐθείας

1. In cod. ἐμφύσεων.

quod et mihi satius esse videtur. Hi asperam arteriam adstringunt et os lambdoides retrahunt.

De musculis linguam moventibus.

Sicuti sane praeceptor noster Pelops in linguae dissectione scribit, musculi bubulae linguae sedecim sunt. Nobis vero, ut ab initio libri dictum est, in simiae corpore ob similitudinem, quam cum homine habet, exercitationem facere statutum est. Ex musculis igitur linguam moventibus duo quidem a basibus processuum styloidum incipientes, angusti longique progredientes in transversas linguae partes, utrimque unus, inseruntur, obliquorum motuum praesides. Reliqui vero omnes tum ex osse caput gutturis ambiente, hyoide et lambdoide appellato, exoriuntur: tum in linguam quatuor sane, secundum duo nimirum paria inseruntur, evidenter ipsam moventes. Quintus bifidus existens, atque ex superiori rectae lineae ossis

γραμμῆς τοῦ υιοειδοῦς ὑποπέφυκε τῇ γλώττῃ κατὰ τὸ μῆκος αὐτῆς ἀφικόμενος, ἕως ἄκρας τῆς κάτω γένυος ἐπὶ τὸ καλούμενον γένειον, ἔνθα συμπέφυκεν αὐτῆς τὰ ὀστᾶ. οὗτος ὁ μῦς ἀντισπᾷ μὲν ἄνω τῇ γενειάδι[1] ἀντιτεταγμένος τοῖς κατασπῶσιν ἐπὶ τὸ στέρνον αὐτό. σαφῆ δὲ οὐδεμίαν ἐπὶ τῆς γλώττης ἐργάζεται κίνησιν· ἀλλ᾽ οἵ γε ἐναργῶς αὐτὴν κινοῦντες οἱ λοιποὶ τέσσαρές εἰσιν. ἐκφύονται δὲ οἱ δύο μὲν ἐκ τῶν ἄνω μερῶν τοῦ εἴδους, ὅθεν περ καὶ ὁ προειρημένος ὁ διφυὴς ἤδη πως ἐν τοῖς πλαγίοις αὐτοῦ μᾶλλον, οἱ δὲ ὑπόλοιποι δύο τούτων ἐφεξῆς ἔκ τε τῶν πλαγίων τῆς εὐθείας γραμμῆς καὶ τῶν ταπεινῶν αὐτοῦ πλευρῶν. ἐμφύονται δὲ οἱ μὲν μείζους εἰς τὴν μέσην χώραν τῆς γλώττης ἀλλήλων ψαύοντες ἄχρι παντὸς, ἐξήκουσι δὲ πρὸς τὸ δεδεμένον αὐτῆς τὸ πρόσω. οἱ δὲ ἐλάττους εἰς τὰ πλάγια μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν ἀφ᾽[2] ἑκατέρας βάσεως τῆς βελονοειδοῦς ἐκφύσεως ἡκόντων. αἱ κινήσεις δὲ ἑκάστου τού-

1. Corr. τὸ ὑοειδές. 2. Corr. ἐφ᾽.

hyoidis termino incipiens, ſub linguam inſeritur, ſecundum illius longitudinem ad extremum uſque inferioris maxillae in ipſum mentum, quod vocant, qua maxillae oſſa inter ſe coaleſcunt, pertingens. Hic muſculus ſurſum ad maxillam (os hyoides) retrahit, illis oppoſitus, qui id ipſum ad pectoris os deorſum trahunt. Nullam vero manifeſtam in lingua motionem efficit. Sed qui evidenter ipſam movent, quatuor reliqui ſunt, quorum duo ex ſuperioribus oſſis hyoidis partibus, unde et praedictus (ille bifidus muſculus), verum in ipſius lateribus quodammodo magis exoriuntur. Reliqui vero duo deinceps ex transverſis humilibusque rectae lineae coſtis enaſcuntur. Inſeruntur autem majores quidem in mediam linguae regionem perpetuo ſe mutuo tangentes, uſque ad eam omnes anterius in locum linguae pervenerint, quem *vinctum* appellant (fraenulum linguae): minores vero in latera, inter hos et eos, qui ab utraque baſi proceſſuum acuformium ſ. ſtyloidum procedunt. Sane horum ſingulorum muſcu-

των ἀνάλογον τῇ θέσει· λοξαὶ μὲν τῶν λοξῶν, εὐθεῖαι δὲ τῶν εὐθειῶν, ὥσπερ γε καὶ τῶν πρώτων ῥηθέντων πλαγίων πλάγιαι· καὶ δὴ καὶ καλείσθωσαν ἕνεκεν σαφοῦς διδασκαλίας οἱ μὲν ἀπὸ τῶν βελονοειδῶν ἐκφύσεων ἀνιόντες μύες πλάγιοι. λοξοὶ δὲ οἱ τῶν λοξῶν μερῶν ἀποφυόμενοι τοῦ λαμβδοειδοῦς, εὐθεῖς δὲ οἱ τοῦ ἄνω πέρατος. ὑποβέβληνται δὲ τοῖς εἰρημένοις ἅπασι μυσὶν ἐκ τῶν κάτω μερῶν οἱ τὰς ἐγκαρσίας ἔχοντες ἶνας, ἀποπεφυκότες μὲν ὅλῃ τῇ γλώσσῃ, καταφυόμενοι δὲ εἰς τὸ τῆς γένυος ὀστοῦν σχεδὸν ὅλον πλὴν τοῦ γενείου. δύνανται δὲ οἱ μύες οὗτοι ἐπᾶραι τε καὶ κυριῶσαι τὴν γλῶσσαν.

Περὶ τῶν τῆς φάρυγγος μυῶν.

Χώρα τις πρόκειται κοινὴ στομάχου τε καὶ φάρυγγος [1], εἰς ἣν ἑκατέρου τὸ στόμα ἀνήκει. καλοῦσι δὲ αὐτὴν μὲν τὴν χώραν ἰσθμὸν, ἐπειδὴ στενὴ καὶ προμήκης ἐστὶ, τὸ πε-

1. Hoc a correctore: nam cod. ms. λάρυγγος. Quod ſtatim ſequitur στόμα, primitus erat στόμιον, ab alio in στόμα mutatum.

lorum motiones ipſi poſitui reſpondent, obliquorum quidem obliquae, rectorum vero rectae, quemadmodum et transverſorum transverſae. Et ſane clarioris doctrinae gratia, qui a proceſſibus ſtyloidibus prodeunt muſculi, transverſi ſeu laterales vocentur: qui vero ab obliquis oſſis lambdoidis partibus, obliqui, ſicuti qui a ſuperiori ejusdem lambdoidis oſſis termino enaſcuntur, recti appellentur. Subjiciuntur vero praedictis omnibus muſculis ex imis partibus illi, qui fibras transverſas habent, a tota lingua exorti, atque in maxillae os fero totum praeterquam in mentum inſerti. Facultatem porro muſculi hi omnes attollendi curvandique linguam obtinent.

De muſculis faucium.

Locus quidam praejacet gulae gutturique communis, in quem utriusque oſculum adſcendit, qui quoniam anguſtus oblongusque eſt, iſthmus appellatur. Corpus vero

ρείχον δὲ αὐτὴν σῶμα φάρυγγα, καθ' ἣν ἑκατέρωθεν εἷς ἐστι μῦς ἔν τε τῷ φωνεῖν καὶ καταπίνειν ἐνεργῶν, ἡ κεφαλὴ δὲ αὐτῶν πλησίον τέτακται τοῖς κάτωθεν ἀνιοῦσιν εἰς τὰ πλάγια τῆς γλώσσης μυσίν.

Περὶ τῶν τράχηλον κινούντων μυῶν.

Οἱ μὲν οὖν τραχήλου καὶ κεφαλῆς μύες κοινοὶ ἔμπροσθεν εἴρηται· τρεῖς μὲν αἱ πρῶται συζυγίαι τῶν ἓξ τῶν κατ' ἰνίον, ἑτέρα δὲ μία τῶν ὑποβεβλημένων τῷ στομάχῳ. συνελόντι γὰρ εἰπεῖν, ὁπόσοι τῆς κεφαλῆς ἐκφυόμενοι τῷ τραχήλῳ παντὶ καταφύονται, κινοῦσιν ἄμφω τὰ μόρια. περὶ δὲ τῶν ἰδίων τοῦ τραχήλου μυῶν ἐν τῷδε ῥηθήσεται. δύο καθ' ἑκάτερον μέρος αὐτοῦ εἰσιν, ὁ μὲν ὀπίσθιός πως μᾶλλον, ὁ δὲ ἐμπρόσθιος· ἐκφύεται δὲ ὁ μὲν ὀπίσθιος ἐκ τῆς πλαγίας ἐξοχῆς τοῦ πρώτου σπονδύλου κατ' αὐτὸ μάλιστα τὸ κυρτότατον αὐτῆς. ἐκ γὰρ τῆς πρόσω μᾶλλον ὁ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν[1] τῆς ὠμοπλάτης ἀνατεινόμενος, ὑπὲρ οὗ ἔμ-

1. Hoc a correctore pro ῥάχιν.

hunc locum ambiens, fauces f. pharynx nuncupatur, in quibus faucibus musculus utrimque unus habetur, tunc munere suo fungens, cum vox editur aut deglutitio fit. Horum duorum musculorum caput prope eos musculos positum est, qui ab inferioribus partibus in linguae latera adscendunt.

De musculis cervicem moventibus.

Ergo cervicis capitisque communes musculi superius enarrati fuere. Tres quidem primi paris eorum, qui ab occipite prodeunt: una vero aliud eorum, qui gulae subjacent. Nam ut uno verbo dicam, quicunque musculi a capite exorti, toti cervici inseruntur, ambabus partibus sunt communes. De propriis vero cervicis musculis in hoc capite agendum. Duo ab utraque ipsius parte sunt musculi, alter posterior potius, alter prior dicendus. Sane posterior ex transversa primae vertebrae eminentia exoritur, eo praecipue loco, ubi ea convexissima est. Nam ex priori potius eminentia musculus ille, de quo superius di-

πρόσθεν εἶπον, ἔχει τὴν ἔκφυσιν. ὁ δὲ ὀπίσθιος τοῦ τραχήλου μῦς οὗτος, ὑπὲρ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν, ἄχρι τῆς ὠμοπλάτης καθήκει ἐμπεφυκὼς ἐξ ἁπάντων τῶν σπονδύλων διὰ συνδέσμων ἰσχυρῶν ὡς δοκεῖν πολλοὺς[1] εἶναι μῦς καὶ τὸ κάτω πέρας αὐτοῦ συνεχὲς ἀκριβῶς ἐστι τῷ κατὰ τὰ σιμὰ τῆς ὠμοπλάτης τοῦ θώρακος μυΐ. ὁ δὲ ἕτερος ὁ πρόσθιος τοῦ τραχήλου μῦς οὗτος ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς διατετρημένης ἀποφύσεως τοῦ δευτέρου σπονδύλου, συνεκφύεται δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς[2] κατὰ τὸν τράχηλον· ἐντεῦθεν δὲ διὰ τῶν μασχαλῶν ἄχρι τῆς πέμπτης πλευρᾶς τῷ θώρακι ἀφικνεῖται ψαύων ἔστιν ὅτε καὶ τῆς ἕκτης. καταφύεται δέ τις μοῖρα[3] καὶ εἰς τὴν πρώτην αὐτοῦ πλευρὰν τὴν ἐφεξῆς τῇ κλειδί. στρογγύλος πως μᾶλλον οὗτος ὁ μῦς ἐστι καὶ μακρός. ἐνέργεια δὲ αὐτοῦ καθαρὰ μὲν ἐπιπέφυκε τῷ τραχήλῳ κάμπτειν τοῦτον[4], ὡς ἐπὶ τὰ πρόσω λοξόν· καθὰ δὲ εἰς τὰς πλευρὰς[5] τοῦ θώρακος ἀφικνεῖται, διαστέλλειν ἐκεῖνον. ὅθεν ἄμεινον ἤτοι δύο μύες ἀλλήλοις ἡνωμένους

1. Cod. πολύς. 2. Correct. τῶν ἄλλων τῶν. 3. Corr. τῇ μοίρᾳ. 4. Corr. αὐτόν. 5. Corr. τοὺς σπονδύλους.

ctum eſt, exoritur, qui in ſcapulae ſpinam adſcendit. Poſterior autem hic cervicis muſculus, de quo nunc agere inſtitui, ad ſcapulam uſque devenit, ex omnibus vertebris per validae ligamenta enatus, ut plures muſculi eſſe videantur, inferiorque ipſius terminus thoracis muſculo in ſcapulae ſimis collocato exacte continuus eſt. Alter vero cervicis prior muſculus principium a perforato ſecundae vertebrae proceſſu ſumit, ſimulque cum aliis cervicis muſculis exoritur, poſtea vero illinc per axillam ad quintam uſque thoracis coſtam pervenit, ſextam quandoque etiam attingens, ejusque portio quaedam in primam coſtam claviculae ſuccedentem inſeritur. Teres autem quodammodo magis eſt hic muſculus et longus. Et ſane ejus actio, qua cervici inſeritur, eſt, ut ipſam in priora obliquam flectat: qua vero ad thoracis vertebras pervenit, ut illum dilatet. Quare praeſtiterit ut vel duos muſculos

ὁμοίως[1] τοῖς προειρημένοις ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς ἢ εἴπερ ἕνα χρὴ τιθέναι, τοῦ θώρακος νομίζειν αὐτόν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐναργῶς φαίνεται διαστέλλων τὸν θώρακα, τὸν τράχηλον δὲ ἐπινεύων αὐτὸς οὐχ ὁμοίως ἐναργῶς φαίνεται. ἀντιτεταγμένην δὲ αὐτῷ κίνησιν ὁ προειρημένοις ἔχει κάμπτων καὶ αὐτὸς εἰς τὰ πλάγια καὶ πρὸς τοὐπίσω μᾶλλον ὅλον τὸν τράχηλον. εἰ δὲ ἀμφότεροι ταθεῖεν ἅμα τὴν μέσην καμπτὴν ἐπὶ τὰ πλάγια τοῦ σύμπαντος ἐργάζονται τραχήλου. εἰ δὲ οἱ πρόσθιοι μύες μόνοι ταθεῖεν οἱ ἑκατέρωθεν, ὅ τε ἐκ τῶν δεξιῶν καὶ ὁ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ὅλον εἰς τὰ πρόσω τὸν τράχηλον ἐπινεύειν ἀναγκάζουσιν· ὁ δὲ ὄπισθεν ἀνανεύειν ὅλον ὀπίσω. εἰ δὲ καὶ πάντες ἅμα ταθεῖεν οἱ τέσσαρες ἰσόῤῥοπος[2] εἰς ἅπαντα τὰ μέρη γίνοιτο ἂν οὕτως[3] ὁ τράχηλος, ὡς κἂν τῷ τετάνῳ συμβαίνει πάθει.

1. Hoc a correct. pro ἅμα codicis. 2. Corrector ἀῤῥεπής. 3. Hoc a correctore pro cod. mst. οὗτος.

inter se unitos una cum praedictis existimemus esse, vel si unus est statuendus, eum inter thoracis musculos censeamus. Ille enim thoracem dilatare evidenter conspicitur, non ita tamen evidenter cervicem annuendo movere. Oppositam vero ipsi motionem habet praedictus musculus, in latera et ipse ac ad posteriora magis totam cervicem flectens. Quodsi ambo una tendantur, media totius cervicis flexura in latera efficitur. Si vero anteriores tantum musculi, qui utrobique sunt, dexter nimirum et sinister, tendantur, totam profecto cervicem in priora annuere: sin posteriores, in posteria renuere compellunt. Quodsi omnes quatuor simul tendantur, cervix tunc in nullam vergens partem recta evadit, quemadmodum in ea etiam spasmi specie contingit, quae tetanus Graece dicitur.

Περὶ τοῦ κατὰ τὰ σιμὰ τῶν ὠμοπλατῶν τὸν θώρακα διαστέλλοντος μυός.

Τὸν διαστέλλοντα τὸν θώρακα μεγάλην διαστολὴν μῦν, ἕνα καθ᾽ ἑκάτερον ὑπάρχοντα μέρος εἴτε κοινὸν τῆς ὠμοπλάτης καὶ θώρακος ὀνομάζειν ἐθελήσειέ τις, εἴτε τοῦ θώρακος μόνου τὸν[1] κατ᾽ ὠμοπλάτην οὐ διοίσει. ἐκφύεται δὲ ἀπὸ τῆς βάσεως αὐτῆς ἐπιτεταμένος ἅπαντι τῷ θώρακι[2]. τουτὶ μὲν οὖν αὐτοῦ κατακέκρυπται τὸ μέρος, ὥστε οὐκ ἂν αὐτὸ θεάσαις πρὶν ἀφελεῖν τὴν ὠμοπλάτην. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε σύμπαν ἐστὶ φανερὸν ἐπιπεφυκὸς τῷ θώρακι μέχρι τοῦ καθήκοντος ἐπὶ τὴν ἕκτην πλευρὰν μυὸς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ἀλλὰ καὶ τῶν νόθων πλευρῶν ἐπιβαίνει δυοῖν ὁ μῦς οὗτος ἐγγὺς ἤδη τῶν χονδρωδῶν ἀποφύσεων. ἔστι δὲ οὐ συνεχὴς αὐτοῦ ἡ κατάφυσις, ἀλλ᾽ οἷον εἰς μικρούς τινας ἐσχισμένη μῦς ἕνα καθ᾽ ἑκάστην πλευρὰν, ἐφεξῆς δὲ τοῖς τούτου πέρασιν ἅπασι τοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκφύσεως ὁ με-

1. Cod. τῶν. 2. In margine: τῷ σιμῷ.

De musculo in simis scapularum sito thoracem dilatante.

Musculum qui magna dilatatione thoracem dilatat, in utraque parte unum sive scapulae et thoracis communem appellare ipsum quis velit sive thoracis solius ex iis, qui secundum scapulam sunt, nihil intererit. Enascitur hic a scapulae basi, toti thoraci extensus. Haec sane ipsius pars delitescit, ut ipsum intueri prius non possis, quam scapulam auferas. Totum vero deinceps quod sequitur, conspicuum est, quod nimirum thoraci ad eum usque musculum, qui a cervice in sextam costam descendit, inseritur. Sed et duas quoque nothas costas musculus hic jam prope cartilagineos processus conscendit. Ejus autem insertio haud continua est, sed veluti in exiguos quosdam musculos singulis costis singulos partita ac discissa. Deinceps vero post universas hujus musculi priores extremitates,

γιστος ἔχει τῶν κατ' ἐπιγάστριον[1] μυῶν ἐσχισμέναις ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐκφύσεσιν ἀνηρτημένος.

Περὶ τῶν τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον κινούντων μυῶν.

Ἐπειδὰν ἀφέλῃς τούς τε κινοῦντας τὴν ὠμοπλάτην μύας καὶ μετ' αὐτοὺς τὸν ἐν τοῖς σιμοῖς αὐτῆς, ὃν ἄρτι διῆλθον ἀφορώτατον ἤδη τὸν ἀριθμὸν ἁπάντων τῶν κινούντων τὸν βραχίονα μυῶν ἕξεις· ὄντων γὰρ ἁπάντων ἕνδεκα, τρεῖς μὲν ἀπὸ τοῦ στήθους ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένους θεάσῃ, δύο δὲ ἐκ τῶν κατὰ τὰς λαγόνας χωρίων, πέντε δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ὠμοπλάτης ὁρμωμένους, ἑνδέκατον δὲ ἐπὶ τούτοις ἅπασι τὸν τὴν ἐπωμίδα κατειληφότα. καὶ γὰρ συμφυεῖς ἀλλήλοις εἰσὶν οὗτοι κατὰ τὴν τῆς ὠμιαίας φλεβὸς χώραν καὶ τὰς ἀπονευρώσεις ἐγγὺς ἀλλήλων εἰς τὸν βραχίονα καταφύουσι κατωτέρω τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ πρόσθιον αὐτοῦ κατ' εὐθεῖαν μάλιστα γραμμὴν ἄνωθεν κάτω τεταγμένην· ἰσχνοτέραν μὲν

1. Sic Corrector pro ὑπογάστριον codicis.

exortus principium fumit maximus mufculorum abdominis difciffis et ipfe exortibus appenfus.

De mufculis humeri articulum moventibus.

Poftquam mufculos fcapulam moventes abftuleris, poftque hos illum etiam, qui in fimus fcapulae partibus fitus eft, quem nuper fermone perfecutus fui: facillime jam mufculorum omnium brachium moventium numerum deprehendes. Nam cum undecim in univerfum omnes fint, tres a pectore in brachium adfcendentes, duos ab ilium regionibus et quinque ex fcapula ipfa prodeuntes confpicies, ficuti undecimum poft hos omnes, qui fuperhumeralem occupat. Sibi enim mutuo mufculi hi, qua humeraria vena eft, connati funt: aponeurofesque fibi mutuo vicinas in brachium infra ipfius caput in priorem partem inferunt, per rectam praecipue lineam, quae fuperne deorfum tendit. Atque graciliorem quidem aponeurofin producit mufculus a pectoris offe prodiens: teretiorem

ὁ ἀπὸ τοῦ στέρνου, στρογγυλωτέραν δέ πως καὶ σαρκώδης καὶ τῶν ἔξω τοῦδε μερῶν ὁ ἀπὸ τῆς ἐπωμίδος. ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς ἐκφύσεως τούτων μὲν ἥ τε κλεὶς ἐστι καὶ ἡ ῥάχις τῆς ὠμοπλάτης καὶ τὰ ἐπιπολῆς χωρία τὰ μετὰ τὴν ὀλίγου δεῖν ἅπαντα τῆς ὠμοπλάτης, ὅσα πρὸς τὴν ταπεινὴν ἐν αὐτῇ ῥέπει πλευράν. τοῦ δὲ ἑτέρου τὸ τοῦ στέρνου ἅπαν ὀστοῦν, ἐντεῦθεν δὲ ὁρμηθέντες ὁ μὲν οἷον ἐσχισμένος ἀμφὶ τὸ ἀκρώμιον ἅπασαν κατείληφε τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. ὁ δέ γε τῇ τε ὠμιαίᾳ φλεβὶ παρατέταται καὶ τὸ πρόσω τῆς μασχάλης τὸ μὴ ἐκφύειν αὐτὸς ἐργάζεται καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ περὶ τὰ στήθη σαρκώδη ὁ μῦς οὗτός ἐστι· καὶ γὰρ καὶ ὅτι τῆς ὑπ' αὐτοῦ τέτακται, ἄμεινον δὲ δύο μύας αὐτὸν οὐχ ἕνα τίθεσθαι. ὁ γοῦν ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ στέρνου πεφυκὼς ὁ μικρότερος τῶν ἐν αὐτῷ μυῶν ἀντεστραμμένας πως ἔχει τῇ ὠμοπλάτῃ τὰς ἶνας· εἰς γὰρ τὸ ἄνω μέρος ἀναφέρονται πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπονεύρωσιν ἀρχόμενοι κάτωθεν. αἱ δὲ λοιπαὶ πᾶσαι τὴν μὲν ἔκφυσιν ἀνωτέρω τούτων ἔχουσιν

vero quodammodo carnofioremque atque ab exterioribus hujusce partibus edit mufculus ab epomide exoriens. Porro exortus feu originis principium iftius quidem mufculi tum clavicula tum fcapulae fpina eft: tum etiam fuperficiariae ejusdem fcapulae regiones fere omnes, quaecunque verfus humiliorem ipfius coftam vergunt. Alterius vero mufculi principium eft totum pectorale os. Nam inde prodeuntes, alter quidem veluti fciffus circa fummum humerum, totum brachii caput comprehendit; alter vero humerariae venae exporrectus eft et priorem axillae partem carnofam ipfe efficit, fereque in toto pectore carnofus mufculus ifte eft atque ab ipfo toto pectore exoritur. Satius vero fuerit, duos ipfum mufculos, non unicum ftatuere. Qui igitur a pectoris offe exoritur, qui et aliis, qui in ipfo pectoris offe exiftunt, mufculis eft minor, fibras omni fuperiori adverfas quodammodo oppofitasque habet. Nam in fuperiorem quidem partem adfcendunt ad propriam aponeurofin, deorfum incipientes. Reliquae vero omnes exortum qui-

ἐξ αὐτοῦ τοῦ στέρνου, φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀπονεύρωσιν, ἐγκάρσιαι μὲν αἱ τῶν ὑψηλῶν τοῦ στέρνου μερῶν ἀποφυόμεναι, λοξαὶ δὲ ἀτρέμα αἱ τῶν ταπεινῶν, τῶν δὲ ἄλλων δυοῖν ὁ μὲν ἕτερος ἀπὸ τῆς ἔξω τε καὶ κάτω τούτου[1] τοῦ χώρας ὁρμώμενος κατὰ μὲν τὰ πλεῖστα μέρη συμφυής ἐστι τῷ προειρημένῳ τῷ διφυεῖ τε καὶ μεγάλῳ. τελευτῶν δὲ εἰς ὑμενώδη τένοντα καταφύεται τοῖς πρόσω τοῦ βραχίονος εἰς αὐτὴν μάλιστα τὴν προσθίαν ὀφρὺν τῆς κοιλότητος, ἣς κατείληφεν ἡ μείζων κεφαλὴ τοῦ κατὰ τὸν βραχίονα μυὸς τοῦ παρεκτεταμένου κατὰ τὴν ἔνδον χώραν τῇ προφανεῖ κατ' αὐτὸν φλεβί. ὁ δὲ ἕτερος μῦς ὃς οὐδὲ φαίνεται πρὶν ἀνατμηθῆναι τὸν μέγαν ἀπὸ τῶν ἄνω μερῶν γενόμενος, ἐμφύεται μὲν ἔκ τε τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου καὶ τετάρτου καὶ πέμπτου καὶ ἕκτου τῶν ὀστῶν, ἀνέρχεται δὲ εἰς αὐτὸ τὸ ὑψηλότατον τῆς ἑτέρας κεφαλῆς τοῦ βραχίονος τὸ πρὸς τῇ κλειδὶ, κἀντεῦθεν ἐμφύεται τῷ περὶ τὸ ἄρθρον ὑμενώδει

1. Sic legendum esse conjiciebat Vir Doctus pro τοῦτι τοῦ.

dem his superiorem ex ipso pectoris osse habent. Feruntur autem in aponeurosin transversae quidem, quae a sublimibus ossis pectoris partibus enascuntur: leniter vero obliquae, quae ab humilibus ejusdem ossis partibus exoriuntur. Ex reliquis duobus alter quidem ab extrinseca insimaque hujus ossis regione prodiens, secundum plurimas quidem partes praedicto illi musculo bifido ac magno connatus est, demumque in membraneum tendinem finiens, prioribus brachii partibus inseritur, in ipsum praecipue anterius supercilium cavitatis, quod a majori capite musculi in brachio existentis occupatur, qui secundum internam regionem, venae quae in ipso conspicue apparet, exporrigitur. Alter vero musculus, qui antequam magnus sit dissectus non apparet, a superioribus partibus enascens, ex secundo quidem et tertio et quarto et quinto et sexto pectoris ossibus exoritur atque ad altissimam capitis brachii regionem, qua ad claviculam spectat, adscendit, illincque ligamento illi membranoso articulum ambienti inseri-

συνδέσμῳ πολὺ τοῦ προειρημένου μυὸς ἰσχυροτέραν ἔχων τὴν ἀπονεύρωσιν[1]. δύο δὲ οἱ κάτωθεν ἀναφερόμενοι μύες, ὧν ὁ μὲν ἁπάντων ἁδρότατός τε καὶ μήκιστός ἐστι τῶν τὸν βραχίονα κινούντων μυῶν, ὁ δὲ ἰσχνότατος μὲν οὐχ ἧττων τε ἐκείνου τὸ μῆκος· οὗτος μὲν οὖν εἰκότως ἠγνόηται τοῖς ἀνατομικοῖς ἐναφανιζόμενος τῷ δέρματι κακῶς ὑποδερομένῳ. περὶ δὲ τοῦ μεγάλου πάντες ἔγραψαν οἱ μὲν μᾶλλον ἀκριβώσαντες αὐτοῦ τῷ λόγῳ τὴν φύσιν, οἱ δὲ ἧττον. ὁ μὲν οὖν ἰσχνὸς ἔκ τε τοῦ κατὰ τὴν λαγόνα καὶ τὰς νόθας πλευρὰς τοῦ δέρματος ἀναφερόμενος ἐξ αὐτῶν μάλιστα τῶν ὑμένων τῶν ὑπὸ τῷ δέρματι τὴν ἔκφυσιν ἔχει. ἀεὶ δὲ ἐν τῷ περὶ τὴν μασχάλην ἀναφέρεσθαι πάχος τι προσκτώμενος, κἀνταῦθα ἤδη σαφῶς μῦς φαινόμενος εἰς ὑμενώδη τένοντα τελευτᾷ, κατὰ δυοῖν ἐποχούμενος ἑτέρων, οἷς καὶ συμφύεται. γεννᾶται δὲ αὐτῶν ὁ μὲν ἐκ τοῦ ταπεινοτάτου τῶν ἀπὸ τοῦ στήθους μυῶν, ὁ δὲ ἐκ τῆς ἑτέρας μοίρας τοῦ διφυοῦς, ὃ

1. Sic scribendum esse pro ἀπόδειξιν, in margine cod. jussum est.

tur, validiorem sane quam praedictus musculus aponeurosin obtinens. Duo vero sunt, qui ab inferioribus partibus sursum feruntur, quorum alter crassissimus longissimusque omnium musculorum brachium moventium est, alter gracillimus quidem est, longitudine tamen ab altero haud superatur. Hic igitur a dissectoribus merito ignoratus fuit: nam dum male cutis excoriatur, musculus hic obscuratur corrumpiturque. De magno vero musculo nullus est, qui non scripserit; sed alter magis, alter minus exacte ejus naturam explicavit. Gracilis igitur a cute, quae circa ilia nothasque costas est, adscendens, ex ipsis praecipue membranis, sub cutim existentibus, exortum habet; perpetuo vero dum ad axillam adscendit, crassitudinem quandam acquirens, in membranosum tendinem finit, duobus aliis, quibuscum etiam coalescit, insidens, quorum duorum musculorum alter ex humillimo pectoris musculo, alter ex altera illius musculi bifidi portione gignitur. Re-

δὲ ὑπόλοιπος τῶν κάτωθεν ἀναφερόμενος μυῶν ἐπὶ τὴν κατ᾽ ὦμον διάρθρωσιν, ὅσπερ[1] καὶ μέγιστός ἐστιν· ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς νόθας πλευρὰς σπονδύλων, ἐπιπεφυκὼς δὲ τῷ τε ῥαχίτῃ μυὶ καὶ τῷ πέρατι τῆς κατ᾽ ὠμοπλάτην, φέρεται πρόσω λοξὸς ἀτρέμα μέχρι τινὸς ἐπιπεφυκὼς τοῖς ἐπικειμένοις μυσὶ τῇ ταπεινῇ τῆς ὠμοπλάτης πλευρᾷ. κἄπειδὰν ἀφίκηται κατ᾽ εὐθὺ τῆς μασχάλης ὄρθιος ἐπ᾽ αὐτῆς ἀναφέρεται· κἀνταῦθα διὰ τένοντος οὐκ ἀγεννοῦς ἠρέμα πλατέος ἐμφυὼς τῷ βραχίονι κατὰ τὰ ἔνδον μέρη τῆς ἀπονευρώσεως τοῦ μεγίστου μυὸς τῶν ἀπὸ τοῦ στήθους τριῶν. οὗτος ὁ μῦς συμφύεται δύο μυσὶν, ἑνὶ μὲν ὑπερκειμένῳ κατὰ τὴν μασχάλην αὐτὴν, ἑτέρῳ δὲ ἐπὶ τὴν κατ᾽ ἀγκῶνα διάρθρωσιν ἀφικνουμένῳ, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται. οἱ δὲ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ὠμοπλάτης ἐμφυόμενοι[2] πέντε μύες εἰς εὖρος τοὺς τένοντας πλατὺ πάντες τελευτῶντες ἐμφύονται καὶ αὐτοὶ τῷ τοῦ βραχίονος μέρει, ὡς συμφυὴς μὲν τῷ προειρημένῳ μυὶ πλησίον τῆς ἀπονευρώσεως ὁ ἐκ τῶν κάτω

1. Vel ὥσπερ. 2. Corrector ἐκφυόμενοι.

liquus vero musculorum ab imis regionibus sursum ad humeri dearticulationem adscendentium, qui et maximus est, ab illis vertebris, quibus nothae costae dearticulantur, incipit atque spinali musculo et inferiori humilioris scapulae costae termino insertus, in priora leniter obliquus fertur, aliquo usque musculis humiliori scapularum costae incumbentibus adnatus: et cum e directo maxillae pervenerit, rectus ad ipsam adscendit, illicque per tendinem haud ignobilem leniter latum brachio secundum internas aponeuroseos magni musculi partes insertus musculus hic duobus coalescit musculis, ei nimirum, qui secundum axillam supersternitur et ei, qui in gibbi cubiti dearticulationem pertingit, de quibus in sequentibus agetur. Qui vero ab ipsa scapula nascuntur quinque musculi, in latos tendines cum omnes finiant, in brachium et ipsi inseruntur * partem * ut connatus quidem praedicto musculo prope aponeurosin, qui ex insima parte humilioris

τῆς ταπεινῆς πλευρᾶς ἀρχόμενος· εἶτα ἐκ τῶν ὀπίσω τε καὶ ἔνδον μερῶν ὑποδυόμενος τὸν βραχίονα, κἄπειτα καταφυόμενος εἰς αὐτὸν ὑψηλοτέρᾳ τε ἅμα καὶ μακροτέρᾳ καὶ ἰσχνοτέρᾳ καὶ συνεχεῖ καταφύσει τῇ τοῦ προειρημένου μυός· αὕτη μὲν οὖν ἐκ τῶν ἔνδον μερῶν ἐστι τοῦ βραχίονος ψαύουσα τῆς προειρημένης ἀπονευρώσεως, ἀνωτέρω δέ ἐστι ταύτης εἰς αὐτὴν ἤδη τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ὁ ἐκ τῶν ἔνδον ἐμφύεται μερῶν τένων τοῦ κατειληφότος μυὸς τὸ σιμὸν τῆς ὠμοπλάτης εὔῤῥωστός τε καὶ πλατὺς ὑπάρχων. ἡ δὲ τοῦ τὴν μεταξὺ χώραν τῆς τε ῥάχεως καὶ τῆς ὠμοπλάτης καὶ τῆς ὑψηλοτέρας πλευρᾶς κατειληφότος ἀπονεύρωσις εἰς αὐτὸ τὸ ὑψηλότατον ἐμφύεται τῇ κεφαλῇ τοῦ βραχίονος οὐ κατὰ τὸ πρὸς τῇ κλειδὶ μόριον αὐτῆς, εἰς ὅπερ ὁ προειρημένος, ἀλλ' ὅσον ἐκτὸς ἀποτέτμηκεν ἡ μείζων κεφαλὴ τοῦ κατιόντος μυὸς εἰς τὴν κατ' ἀγκῶνα διάρθρωσιν. συνεχὴς δὲ τῇ προειρημένῃ καταφύσει καὶ ὁ ἐκ τῶν κάτω μερῶν τῆς ἐν ὠμοπλάτῃ ῥάχεως ὁ κατειληφὼς ἅπαν τὸ ἐν μέσῳ χωρίον.

coſtae incipiens, moxque ex poſterioribus et internis partibus brachium ſubiens, tandem in ipſum altiore ſimul et prolixiore gracilioreque inſertione praedictique muſculi inſertioni conjuncta ſeſe inſerit. Ipſa igitur ex internis brachii partibus exiſtit, praedictam aponeuroſin attingens. Enimvero elatior haec ipſa eſt in ipſum jam brachii caput ex internis partibus inſertus tendo muſculi ſimum ſcapularum occupantis, validus latusque exiſtens. Aponeuroſis vero ejus muſculi, a quo regio inter ſpinam ſcapulae et ejusdem coſtam ſublimiorem media interjacens, occupatur, in ipſum brachii capitis altiſſimum inſeritur, non in eam certe ipſius partem, quae verſus claviculam ſpectat, in quam alter praedictus inſerebatur: ſed in eam omnem, quae extrinſecus a grandiore capite illius muſculi, qui in gibbi cubiti dearticulationem devenit, diviſa eſt. Conjunctam vero huic praedictae aponeuroſin muſculus ille in inſertione efficiens (qui ex infernis ſpinae ſcapulae partibus enaſcitur ac totam eam regionem, quae inter ejus-

αὐτῆς τε καὶ τῆς ταπεινῆς πλευρᾶς ἀπονεύρωσιν ποιούμενος ἐμβάλλει τὸν τένοντα τῇ κεφαλῇ τοῦ βραχίονος ἤδη πως μᾶλλον ἔξωθεν. ὁ δὲ τοιούτῳ συνεχὴς μῦς καὶ τάχα ἂν τὸ μόριον αὐτοῦ δόξας εἰς τὰ ἐκτὸς ἀκριβῶς μέρη τοῦ βραχίονος ἐμβάλλει τὸν τένοντα ἐμφυόμενος ἀπὸ τῶν ἄνω μερῶν τῆς ταπεινῆς ἐν ὠμοπλάτῃ πλευρᾶς σχεδὸν ἐκ τοῦ ἡμίσεως αὐτῆς μέρους, κατὰ τὸ κυρτώτατον καὶ ὀξύτατον αὐτῆς. αἱ κινήσεις δὲ αὐτοῦ τοῦ μὲν τὴν ἐπωμίδα κατειληφότος ἀνατείνειν ἄνω τὸν βραχίονα κατ' εὐθεῖαν μάλιστα γραμμήν. τῶν δὲ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς ὠμοπλάτης ἐκπεφυκότων ὁ μὲν κατὰ τὴν ὑψηλὴν πλευρὰν ἀνατείνει μὲν, ἀλλ' ἐκκλίνων[1] ἐπὶ τὰ ἔνδον, τῶν δὲ κατὰ τὴν ταπεινὴν ὁ μὲν μείζων ἀνατείνει μὲν καὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἐκτός ὁ δὲ ὡς μόριον αὐτοῦ λοξὸν ἀπάγει πρὸς τὰ ἐκτὸς, διαδέχονται δὲ τὰς κινήσεις ταύτας, ἔνδοθεν μὲν οἱ ἀπὸ τοῦ στήθους ἀνιόντες, εἴτε τρεῖς ἐθέλοις λέγειν εἴτε

1. Ita legendum esse statuit Corrector pro *ἀνατείνειν καὶ ἐκκλίνειν*, quod scriptum codicis erat.

dem scapulae spinam et humiliorem costam media sita est, occupat) tendinem in brachii caput jam quoquo modo extrorsum magis injicit. Qui vero huic ipsi continuus est, musculus, qui et forsan particula ipsius esse censebitur, in externas exacte brachii partes tendinem mittit. Exoritur vero hic musculus a superioribus humilioris costae scapulae partibus a dimidia fere ipsius parte, ubi ea gibbosissima acutissimaque est. Horum omnium musculorum motiones hae sunt. Musculus epomida occupans brachium sursum per rectam praecipue lineam attollit. Ex iis vero, qui ab utraque hujus parte siti sunt, ab ipsa nimirum scapula enati, is qui prope altiorem costam existit, attollit quidem, sed ad interiora inclinans. Ex illis autem, qui prope humiliorem costam collocati sunt, major quidem et ipse attollit, verum ad exteriora; qui vero tanquam ejus particula est, oblique brachium ad exteriora abducit. Has autem motiones excipiunt intrinsecus quidem musculi a pectore adscendentes sive tres sive quatuor ipsos dicere

τέτταρας. ἔξωθεν δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ κάτω πέρατος τῆς ταπεινῆς πλευρᾶς ἀναφερόμενος· τῶν μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ στήθους μυῶν ἁπάντων προσαγόντων ἔσω τὸν βραχίονα, τὴν μὲν κεφαλὴν αὐτοῦ μᾶλλον ὑψηλότατος ἐπὶ τὰ νῶτα, τὸ δ' ὅλον κῶλον ὡς ἐπὶ τὸ στῆθος ὁ μέγιστος ὁ διφυὴς προσάγει. ταθέντων δ' ἀμφοτέρων ὁμοῦ τῶν κατ' αὐτὸν μυῶν ὁμοτόνως ἀνατείνεται, τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω ἡ μέση γίνεται κίνησις[1]. εἰ δὲ ὁ ἕτερος ἐνεργήσειε μόνος, ὑψηλοτέραν τὴν προσαγωγὴν ὁ ὑψηλότερος ἐργάζεται, ταπεινοτέραν δὲ ὁ ταπεινότερος. ὁ δὲ παρὰ τὸν τιτθὸν προσάγει τῷ στήθει τὸν βραχίονα καὶ κατασπᾷ κάτω. ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ μὲν ἐπιπολῆς ὁ λεπτὸς ἐπὶ τὰς λαγόνας ἀτρέμα πλάγιον, ὁ δ' ὑπ' αὐτῷ μέγιστος εὐθὺ ἀποτείνει παρὰ τὰς πλευρὰς τὸν βραχίονα. τούτων δὲ ἐφεξῆς οἱ λοιποὶ δύο μύες ἀπ' αὐτῆς τῆς ὠμοπλάτης ἐκδέχονται περιάγοντες ἔξω τε καὶ εἰς τοὐπίσω τὸ κῶλον· ὁ μὲν ἀπὸ τῶν σιμῶν ἐκπεφυκὼς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ περιστρέφων εἰς τοὐπίσω, ὁ δὲ ἀπό τε

1. Verba τῶν τε ἄνω usque ad κίνησις expuncta in codice sunt a manu secunda.

velis; extrinsecus vero ille, qui ab inferiore humilioris costae termino adscendit. Ex musculis autem a pectore nascentibus et ad interiora brachium admoventibus, qui altissimus est, caput magis brachii attrahit, qui vero maximus bipartitusque est, totum brachium pectori adducit. Igitur si omnes a pectore enati musculi tam superiores quam inferiores ex aequo tendantur, medius efficitur motus, si alter dumtaxat agat, altior quidem altiorem, humilior vero humiliorem adductionem efficit. Qui vero secundum mammam situs est musculus, brachium pectori adducit deorsumque detrahit. Post hos autem qui in superficie est, tenuis musculus, versus ilia sensim ad latera detrahit, qui vero post hunc ipsum est maximus, brachium ad costas rectum extendit. Reliqui vero duo deinceps, ab ipsa scapula musculi excipiunt, ad exteriora posterioraque membrum circumagentes: alter quidem a simis scapulae enatus, brachii caput ad posteriora circumvertens,

τοῦ κάτω πέρατος τῆς ταπεινῆς πλευρᾶς ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος, εἰς ὅπερ ἐμφύεσθαι λέγεται, πρὸς τοὔκτὸς ἐπάγων[1]. ἀμφότεροι δὲ ἐνεργήσαντες ἅμα τὴν ἐν τῷ καλουμένῳ διπλασιασμῷ περιαγωγὴν ἐργάζονται τοῦ βραχίονος.

Περὶ τοῦ μικροῦ μυὸς τοῦ κατὰ τὴν ἐν ὤμῳ διάρθρωσιν.

Μικρὸς παντάπασι μῦς ἐγκατακέκρυπται τῇ διαρθρώσει, συνεκφυόμενος μὲν τῇ μικροτέρᾳ κεφαλῇ τοῦ κατὰ τὸν βραχίονα μυὸς τοῦ μεγάλου, καταφυόμενος δὲ εὐθέως ὑπὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ τῶν ἀπονευρώσεων τοῦ τε ἀπὸ τοῦ σιμοῦ τῆς ὠμοπλάτης ἐκφυομένου μυὸς καὶ προσέτι τοῦ παραφυομένου πάσῃ τῇ ταπεινῇ πλευρᾷ. τοῦτον τὸν μῦν καὶ μέρος μὲν ἄν τις ἴσως θείη τοῦ κατὰ τὸν βραχίονα μεγάλου μυὸς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτὸν, ἀνατάσει γὰρ λοξῇ βραχύ τι δύναται συντελεῖν.

1. Sic legit Corrector pro ἀπάγων.

alter vero ab inferiore humilis costae termino exortus, eam praecipue partem, in qua inseri dicitur, ad exteriora abducens. Ambo vero simul agentes brachii circumductionem, quae fit in duplicatione, efficiunt.

De parvo musculo qui in humeri dearticulatione situs est.

Parvus omnino musculus in humeri dearticulatione occultatur, qui una cum minore capite musculi illius magni, qui in brachio est, exoriens sub brachii caput in media regione inseritur, qua aponeurosis illius musculi, qui a sima scapularum parte enascitur, illiusque etiam, qui toti humiliori costae adnascitur, sitae sunt. Hunc musculum quispiam tum portionem illius magni, qui in brachio est, tum vero etiam ipsum per se privatim statuere posset: nonnihil enim obliquae extensioni conducit.

Περὶ τῶν κινούντων τὴν κατ᾽ ἀγκῶνα διάρθρωσιν μυῶν.

Ἡ κατ᾽ ἀγκῶνα διάρθρωσις ὑπὸ τεττάρων κινεῖται μυῶν ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ τοῦ βραχίονος ὀστοῦν κατειληφότων. οἱ μὲν οὖν πρόσθιοι δύο κάμπτουσι τὸ ἄρθρον οὐκ εὐθεῖαν ἀκριβῶς ἑκάτερος καμπτὴν, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἔσω παρεγκλίνων, ὁ δ᾽ ἔξω. καταφύεται γὰρ ὁ μὲν εἰς τὸ τῆς κερκίδος ὀστοῦν, ὁ δὲ εἰς τὸ τοῦ πήχεως συνεπιφυόμενος ἑκάτερος καὶ τῷ περιέχοντι τὴν διάρθρωσιν ὑμενώδει συνδέσμῳ. ταθέντων δὲ ἀμφοῖν ἡ μέση γίνεται κάμψις ἡ τὸν καρπὸν ἐπὶ τὸ ἀκρώμιον ἀνάγουσα. ὁ μὲν οὖν ἔσω μᾶλλον κάμπτων ὁ μείζων μῦς ἐναργῶς ὁρᾶται[1] καὶ πρὸ τῆς ἀνατομῆς ὅλον τοῦ βραχίονος κατειληφὼς τὸ πρόσθιον. ἄρχεται δὲ ἀπό τε τῆς ὑψηλῆς ὀφρύος τοῦ τῆς ὠμοπλάτης αὐχένος καὶ τῆς ἀγκυροειδοῦς ἀποφύσεως, τῇ μὲν ὀφρύϊ διὰ συνδέσμου τινὸς ἰσχυροῦ στρογγύλου συναπτόμενος, τῇ δὲ ἀγκυροειδεῖ δι᾽ ἑτέρου συνδέσμου λεπτοτέρου τε ἅμα καὶ ἀκρι-

1. Cod. ἐνορᾶται.

De musculis dearticulationem, quae in gibbo cubiti est, moventibus.

Dearticulatio, quae in gibbo cubiti est, a quatuor musculis, totum brachii os in orbem ambientibus movetur. Priores sane duo articulum non recto exquisite flexu utrique flectunt, sed alter introrsum, alter extrorsum inclinando. Nam alter in radii, alter in ulnae seu cubiti os inseritur, uterque simul membranoso ligamento dearticulationem amplectente adnatus. Si vero simul tenduntur ambo: medius flexus fit, nimirum qui ad summum humerum adducit. Itaque major ille musculus introrsum magis flectens evidenter etiam ante dissectionem conspicitur, totam priorem brachii partem complectens. Incipit sane a sublimiore cervicis scapulae supercilio et a processu illo, qui ab anchorae similitudine ancyroides appellatur: supercilio quidem per ligamentum validum ac teres, processu vero ancyroidi per aliud ligamentum tenuius simul atque

βῶς στρογγύλου. συνεκφύεται δὲ αὐτῷ σαρκοειδής τις οὐσία προσεοικυῖα μικρῷ μυί. αὕτη μὲν οὖν ὑπερβᾶσα τὸ ἄρθρον ὑπὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐμφύεται. προελθὼν δὲ ἐντεῦθεν ὁ σύνδεσμος δι' ἄλλης ἀρχῆς ἐμφύεται τῷ βραχίονι τῆς μέσης αὐτῆς χώρας ἀνωτέρω, καθ' ἃ μέρη τὸ σῶμα αὐτοῦ τοῦ μυὸς ἄρχεται γεννᾶσθαι δεχόμενον εἰς ἑαυτὸ καὶ τὸν ἕτερον σύνδεσμον· ἐντεῦθεν δὲ κατιὼν ὁ μῦς διὰ τῶν ἐμπροσθίων μερῶν τοῦ βραχίονος ἄχρι μὲν ἡμίσεως αὐτοῦ ψαύει, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε μετέωρος ἐπιβεβλημένος θατέρῳ τῶν ἐνταῦθα μυῶν εἰς τὴν κατ' ἀγκῶνα διάρθρωσιν ἐμβάλλει, ὁ δὲ ἕτερος ἐκφύεται μὲν τὴν ἀρχὴν ὄπισθεν ἔχων ἐγγὺς τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος· ἐνταῦθα δὲ διὰ τῶν ἔξωθεν μερῶν λοξὸς ἐπὶ τὰ πρόσω παραγενόμενος ἄχρι τῆς κατ' ἀγκῶνα διαρθρώσεως. ἐμφύεται δὲ ὁ μῦς οὗτος εἰς τὸ τοῦ πήχεως ὀστοῦν, ὥσπερ ὁ προειρημένος ὁ μείζων εἰς τὸ τῆς κερκίδος. τῶν δὲ ἐκτεινόντων τὴν κατ' ἀγκῶνα διάρθρωσιν μυῶν ἡ μὲν ἑτέρα τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῆς ταπεινῆς ἐστι πλευρᾶς τῆς ὠμοπλάτης τοῦ ἡμίσεως, ὅσον ὡς

exquifite teres copulatus. Exoritur vero cum ipfo carniformis quaedam fubftantia parvo mufculo fimilis. Ipfa autem articulum transgrediens fub brachii caput inferitur, hinc ligamentum progrediens, per aliud principium brachio inferitur fupra mediam ipfam regionem, qua hujusce mufculi caput fieri incipit, quod in fe ipfo etiam aliud ligamentum continet. Hinc autem defcendens mufculus per priores partes brachii, ipfum ufque ad medium brachii tangit: abhinc fublimis alteri mufculorum, qui inibi funt, incumbens, in dearticulationem gibbi cubiti inferitur. Alter vero primum quidem prope brachii caput exoritur: deinceps vero per exteriores partes obliquus in priores ufque ad gibbi cubiti dearticulationem pertingit et demum in ulnae feu cubiti os inferitur infertionem moliebatur. Mufculorum autem gibbi cubiti dearticulationem extendentium alterum quidem principium ab humilis coftae fcapularum dimidio, quod fcilicet verfus hume-

πρὸς τὸν ὦμον ἀναφέρεται, ἡ δὲ ἑτέρα μετὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν αὐτοῦ ἐκπέφυκε[1]. συναμφυεῖσαι δὲ ἀλλήλαις αὗται μέγιστόν σοι δόξουσιν ἐργάσασθαι μῦν ἕνα καταφυόμενον εἰς τὸν ἀγκῶνα τένοντι πλατεῖ· ἀλλ' εἰ ταῖς ἄνωθεν ἐκφύσεσιν εἴ πως κατὰ τὴν τῶν ἰνῶν εὐθύτητα φανεῖταί σοι διφυὴς ὁ τένων οὗτος, τὸ μὲν ἔξωθεν μέρος ἀπὸ τοῦ προτέρου ῥηθέντος ἔχων μυὸς, τὸ δὲ ἕτερον ἀπὸ τοῦ δευτέρου. ἐκτείνουσι μὲν οἱ μύες ἀμφότεροι τὴν κατ' ἀγκῶνα διάρθρωσιν, ἀλλ' ὁ μὲν πρότερος ἅμα τῷ παρεγκλίνειν ἐκτὸς, ὁ δὲ ἕτερος ἔσω καὶ οὗτος ἐπὶ βραχὺ ποιεῖται τὴν ἔγκλισιν. ἡ δὲ περιπεφυκυῖα τὸ τοῦ βραχίονος ὀστοῦν μοῖρα τοῦ δευτέρου ῥηθέντος μυός· ἔστι γὰρ ὥσπερ τις διφυὴς σαρκώδης ὕλη διαμένουσα κατὰ τὸ ὄπισθεν ἐμβάλλει μέρος τοῦ ἀγκῶνος, εὐθεῖάν πως μᾶλλον ἔκτασιν ἐργαζομένη περὶ τὸν πῆχυν εἴσω βραχὺ ῥέπουσα. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τις ἔμφυσις εἰς τὴν κατ' ἀγκῶνα διάρθρωσιν ἐπὶ τῶν πιθήκων λοξὴν ἐπὶ τὰ ἔξω τὴν ἔγκλισιν

1. Cod. ἐμπέφυκε.

rum adſcendit, incipit: alterum vero poſt brachii caput ex poſterioribus ipſius partibus exoritur, quae cum mutuo coaluerint, maximum tibi muſculum, qui in gibbum cubiti lato tendine inſeritur, effeciſſe videbuntur. Sed ſi ſuperioribus exortibus * ſecundum fibrarum rectitudinem mentem adhibueris, bifidus tibi tendo hic apparebit, qui exteriorem quidem partem a primo memorato muſculo, alteram vero a ſecundo obtinet. Sane ambo hi muſculi gibbi cubiti dearticulationem extendunt. Verum primus una etiam extrorſum inclinat, alter vero introrſum et ipſe leniter inclinationem facit. Muſculi vero ſecundo nominati portio (bifidus enim muſculus iſte eſt) tota carnea permanens, brachii oſſi in orbem adnata, in poſteriorem gibbi cubiti partem inſeritur, rectam quodammodo magis extenſionem circa os cubiti introrſum leniter vergentem efficiens. In ſimiis porro alia etiam quaedam in gibbi cubiti dearticulationem reperitur inſertio, quae obliquam inclinationem verſus exteriora efficit. Nam in

